740

12/44

DIONYSII HALICARNASSEI

De Collocatione Verborum GRÆCE ET LATINE.

SIMON BIRCOVIVS *in Academia Samoscensi Professor recensuit, & nunc primùm conuertit.*

Cum Priuilegio Pont. Sanct. & Maiestatis Regiæ.



47

SAMOSCI
Martinus Lenscius Academ. Typogr.
excudebat. M. DC. IV.

BIBL. Z.N.IM. OSSOLINSKICH

BIBL. ZAKŁ.

XVII - 597 - III

GENEROSISSIMO
& NOBILISSIMO PVERO THOMÆ SAMOYSKI,

IOANNIS,
REGNI POLONIÆ MAGNI CANCELLARII ET EXERCITVVM PRÆFECTI.
VICTORIS, PATRIS PATRIÆ
FILIO

HAEREDI IN VETERE ET NOVA SAMOSCIE.

SIMON BIRCOVIVS PROFESSOR ACADEMIÆ SAMOSCIENSIS.

S. *D.*

Frequens est opinio, sæculum hoc nostrum eruditissimum esse, virisque doctissimis abundare: quod qui censent, argumentum eius rei capiunt, ex Academiarum nouiert institutarũ multitudine, & librorum propè innumeris

numeris editionibus. Negari sanè non potest, & scholas passim ad docendum aperiri, & libros tantâ copiâ è Typographijs hodie profundi, vt mole sua iam laborare videantur. Verùm hoc interest, vt & illi cum dignitate, ac iusto operæprecio, in lucem prodeant, & isti bono litterarum & iuuentutis profectu polleant. Itaque ponderanda hæc, non numeranda sunt. Plerosq; viros, ad miraculum doctissimos, æuo nostro florere certissimum est: multos non esse, liberè pronunciari potest: patrum & auorum nostrorum temporibus, maiorem vbertatem hominum, in omnibus disciplinis principum, facilè non stupidus censor animaduerterit. Verùm mihi nunc studium non est, aut de Academijs sententiam ferre, aut scribentium ingenia censere. Pensanti tamen hanc rem id animo obuersatur, primos illos eruditos homines qui bonas literas ex barbarie vindicârunt, in id vnum incubuisse, vt optimos & antiquissimos quosq; in omnibus disciplinis scriptores, è tenebris eruerent, & in lucem darent: eosq; solos, cùm ipsi in manibus haberent, tum iuuentuti sedulò proponerent: ita eueniebat, vt grauissimi auctores passim ederentur:

tur: ipsi quoque qui edebant, si quid aut de suo apponebant, aut nouum condebant, ad genium antiquorum se accommodabant, operaque admiratione dignissima perficiebant; iuuentus porrò cultissima atque eruditissima, vndique prodibat: quorum nunc, vt ita dicam, reliquiæ reliquæ nobis sunt. Hodie immutatis moribus & ij qui scribunt, & qui iuuentutem erudiunt, nouellis quibusdam scriptionibus, prela & scholas implent: priscos illos, doctrinarum parentes, blattis relinquunt: vixque iam recudi, aut inter iuuentutem doceri inuenias. Hinc res literaria, aut denuò ad barbariem, aut ad vilitatem sensim prolabitur. Ne orbem vniuersum disciplinarum excutiam, luculento indicio est, vnicum Rhetorices studium: cuius nomen in omnium scholarum ore celebratissimum est: at boni eius Doctores, qui nobis ex antiquitate supersunt, doctissimi & acutissimi viri, vel Græci vel Latini, vix vsquam apparent, vt nonnullorum libri repertu etiam difficillimi sint: interim nescio qui heri & hodie nati, locum occupant. Idcircò iuuentute apud hos nihili artifices detenta, rarissimè oratio liberalis, aut car-

men sani coloris conspicitur. Mihi teneriorib⁹ annis, idem error oblatus est; quem benignitate Diuûm, in Academiam Samoscensem accîtus, tandem deposui. Cùm enim Academia hæc, Illustrissimi Heroïs IOANNIS SAMOSCII Parentis tui, non solùm sumptibus excitata, verùm præceptis & institutis conformata sit: eius iussu, ad elementa Rhetorices iuuentuti tradenda admotus, necesse habui, totum me antiquis Rhetoribus dare. Quid multa? thesaurum pro carbonibus, vt vetus verbũ interpolem, reperisse me profiteor; tantùm hi omni bona fruge, illos antestare visi sunt. Dum attentior sùm in negocio, rem miseram offendi: Græcos argutissimos eius artis conditores, aut non attrectatos à quoquam, aut ab aliquibus leuiter contactos, nonnullos ne latinitate quidem donatos: cuius vicij, neque ad obscuritatem scriptorum, neq; ad difficultatem rerum culpam referendam perspexi: solâ negligentiâ eorum peccatũ est, qui sua friuola, præ illorum diuinis operibus, ingeniis iuniorum obtrudere sategerunt. In partem communi incommodo succurere placitum est. Ac cùm in manibus eloquentissimum & grauissimum

mum auctorem Halicarnasseum haberem, Rhetorem tanto acumine, tanto iudicio, vt solus omnes genios artis dicendi possidere videatur: libellum eius de Collocatione Verborum, tàm auidè deuoraui, vt illico latinum facerem: primùm obsequutus animo meo, deinde, vt optimus dicendi magister vsui esse, atque in oculos iuuenum facilius incurrere posset: publicari etiam interpretationem meam passus sum: certò persuasus à bonis bonam gratiam me initurum. Libellum ipsum, & rem, quæ in eo exponitur, melioribus verbis commendare non debeo, quàm Scriptor ipse, ad Rufum Meletium principiò statim facit. Porrò Dionysius is auctor est, vt admirationem omnium potiùs mereatur, quàm laudationem meam. Tibi verò THOMA SAMOSCI puer generosissime, ac nobilissime, vt offerrẽ, ætas tua suasit: quæ cùm iam inibi sit, vt ex nutricum manu missus, inter nos Musarum alumnos viuere, & educari opus habeas, hanc tibi suppellectilem à me in futurum præparatam, confeci: quæ te, vbi vestigijs Patris tui insistere contendes, ad illius diuinum os, & suadam immortalem æmulandam, non nihil adornabit.

bit. Ad ſummam fortunam te natum, vtinam & annis, & virtutibus feliciſſimè creſcere videamus. Hæc ad te ſcribebam atrociſſima hyeme, qua parens tuus, in ipſis Hyperboreis, cõtra Carolum Sudermaniæ Ducem, bellum aſperrimum, & difficillimum geſſit. Hoſte, aduentu Sereniſſimi SIGISMVNDI *tertij Regis, fugato, prouinciam pacabat, arces recuperabat, expugnabat: nobiliſſima iuuentute, non ſolùm gelu intenſiſſimum longiſſimis noctibus, ſed & contagium, generoſiſſimis animis ſpernente, & non modò equitum in campis, ſed & peditum in irruptionibus officio fungente.*

Exempla

EXEMPLA PRIVILEGIORVM, ET CENSVRÆ.

CLEMENS PP. VIII.

AD PERPETVAM REI MEMORIAM. Singularis, dilecti filij, Nobilis viri IOANNIS ZAMOISKI, Magni Cancellarij Regni Poloniæ in nos, & Apostolicam Sedem obseruantia, & in fidei Catholicæ defensione constantia promeretur; vt honestis eius votis benignè annuamus: eius siquidem nomine nobis nuper expositum fuit, se Vniuersitati Studij generalis in eius oppido Noui Samoscij, Chelmen. Diœces. erectæ, Typographiam adiunxisse, cupereq; ipsam Typographiam, speciali aliquo à nobis priuilegio decorari. Nos itaq; eius desiderio, quantùm cum Domino possumus, satisfacere cupientes, supplicationibus pro parte illius nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, Vniuersis, & singulis vtriusq; sexus Christi fidelibus vbíuis locorum, & gentium constitutis, præsertim Bibliopolis, & librorum Impressoribus, sub excõmunicationis latæ sententiæ poena interdicimus, & prohibemus, ne quoscunque libros, aut volumina, & opera cuiuscunq; generis, & qualitatis, & quocunq; idiomate, aut nunq̃ antea editos, vel edita; aut recens editos, aliquibus adiunctionibus, expositione, vel ordine, aut dispositione, collocatione, emendationibus, obseruationibus, aut quauis alia ratione illustratos, vel illustrata, quos, vel quæ in eadem Typographia Typis cudi pro tempore contigerit, Decennio, à primæua cuiusque libri, voluminis, vel operis huiusmodi ibi facienda impressione computando, imprimere, aut alibi, quàm in dicta Typographia impressa vendere, seu habere venalia, vel proponere audeant, seu præsumant. Volumus tamen, vt libri in dicta Typographia imprimendi, sint Catholici, & Catholicam doctrinam contineant, & à nostro, sedisq; Apostolicæ in Regno Poloniæ Nuncio pro tempore existenti, approbati existant. Mandantes propterea Venerabilibus fratribus, Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, & dilectis filiis eorum Vicariis in spiritualibus generalibus, seu officialibus, nec non Abbatibus, & aliis locorum ordinariis, vt contra inobedientes, & contrafacientes, quoties fuerint, requisiti auctoritate nostra procedant. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac quibúsuis Statutis, & consuetudinibus, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quáuis firmitate alia roboratis, priuilegiis quoq; indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodólibet concessis, confirmatis, & approbatis. Quibus omnibus, eorum tenores præsentibus pro expressis habentes, hac vice duntaxat specialiter, & expresè derogamus, cæterisque contrariis quibuscunq;. Dat. Romæ apud Sanctum Marcum, sub Annulo Piscatoris, Die XXIX Octob. M. D. XC. IIII. Pontificatus Nostri Anno tertio.

M. Vestrius Barbianus.

SIGI-

SIGISMVNDVS TERTIVS DEI GRA: cia Rex Poloniæ, Magnus Dux Lithuaniæ, Russiæ, Prussiæ, Masouiæ, Samogitiæ, Liuoniæq; &c. nec non Suecorum, Gottorum, Vandalorumq; Hæreditarius Rex. Significamus præsentibus literis nostris, quorum interest, vniuersis & singulis. Quandoquidē ad felicitatē Rerumpub. pertinet, nobilissimas scientias in illis florere, Regiumq; semper fuit, crescentes eas gratia & indulgentia singulari promouere, quum per hæc tempora Illustris vir IOANNES SAMOYSKI de Samoscio, Regni supremus Cancellarius, & exercituum Generalis Belzen. Mariæburgen. Dorpaten. Cnyszynen. Miedzyrzecensisq; Capitaneus in Ciuitate sua Samoscia Academiam iam nouo opere extruxerit, officinamq; Typographicam sumptibus suis ibidem collocârit, & elegantissimo genere Latinorum, Græcorum, & Polonicorū Typorum adornauerit, eo instituto, vt Academia illa, non solùm bonos Reip. Ciues formaret, sed librorum etiam editionibus. & impressionib⁹ publicè vtilis & celebris esset. Nos eius erga bonum publicum præclaram voluntatem acceptam & commendatam habentes, officinam hanc Typographicam Academiæ Samoscien. speciali priuilegio nostro, aduersus quàmlibet interuersorum fraudem muniendam duximus, prouti præsentibus munimus, atque auctoritate & sanctione nostra Regia decernimus, edicimus, ne quis libros recens editos, aut veteres, commentariis aliquibus, scholiis, adiunctionibus, vel ordine, aut dispositione, collatione, emendationibus, obseruationibus, aut quàuis alia ratione illustratos vel recensitos, quos Typographus Academiæ Samoscien. primus Typis vulgauerit, eosdem, citra ipsius Academiæ voluntatē intra proximum, à cuiusq; libri editione, decennium, totos vel ex parte, in vllis Regni Poloniæ, & Magni Ducatus Lithuaniæ ditionibus, imitari, excudere, alibiue excussos in iisdem venales exponere audeat. Sub pœna confiscationis librorū, & mulcta trium millium aureorū Hungaricaliū, fisco nostro, & Academiæ Samoscienſi ex æquo soluenda. Atq; in eius rei fidem, præsentes subscriptas, sigillo Regni consignari iussimus. Datum Varsouiæ die VI. Mensis Iunij. Anno Domini. Millesimo quingentesimo, nonagesimo septimo. Regnorum nostrorum Poloniæ, decimo. Sueciæ verò, anno quarto.

EX delegatione & commissione, vigore litterarum commissionalium, sub die 14. Iunij 1604. Cracouiæ datarum, quæ incipiunt. Nos Claudius Rangonus Episcopus Regy & Princeps &c. cum facultatibus Legati de latere, Nuncius in Polonia. Illustriss. & excelentiss. Domini D. Ioanni Samoscio, Magno Regni Cancellario, ac exercituum Præfecto, &c. Mihi Fratri Dominico Comunali Neapolitano ordinis minorum Conuentualium S. Francisci, Artium Magistro, sacræq; Theologiæ Doctori, eiusdem Illustrissimi & excellentissimi Domini D. Magni Cancel-

Cancellarij, exercituumq; inuictissimi Ducis Theologo, necnon Samasciensis Academiæ, Sacræ Theologiæ publico lectori, specialiter super hoc autem, per eundem Illustrissimum Dominum Nuncium &c. porrecta, quatenus libros duos, videlicet vnum, qui dialectica Ciceronis inscribitur, per Adamum Bursium compositum: & alterum De verborum collocatione, Dionysio Halicarnasseo auctore, per Simonem Bircouium, de Græco in Latinum redactum, eiusdem Academiæ professores, peculiariter recognoscerem: atque si nihil in eis contra veritatẽ & Ecclesiam inuenirẽ, vt imprimerentur, (præstita imprimendi facultate,) permitterem: qua cùm vsus, (prout debui,) fuerim delegatione: & in eis aliquod dissonum veritati, Sanctæq; Romanæ Ecclesiæ contrarium non inuenerim, qua fungimur in his, (ex commissione) speciali auctoritate, imprimendi licentiam impartimur, impartitamq; per vsitatum (de more in talibus) verbum, imprimantur, volumus. Die 28. Junij 1604.

Idem qui supra Frater Dominicus Theologus.

ΔΙΟΝΥΣΙΟΥ ΑΛΙ-

ΚΑΡΝΑΣΕΩΣ ΠΕΡΙ ΣΥΝΘΕΣΕ-ΩΣ ΟΝΟΜΑΤΩΝ,

DIONYSII HALICAR-

NASSEI DE COLLOCATIONE VERBORVM.

Interprete Simone Bircovio.

Δωρόν τοι ἐγὼ, τέκνον φίλε, τοῦτο δίδωμι, καθάπερ ἡ παρ' Ομήρῳ φησὶν Ελένη ξενίζουσα τὸν Τηλέμαχον· πρώτῳ ἡμέραν ἄγοντι ταυτηνὶ γενέθλιον, ἀφ' οὗ παραγέγονας εἰς ἀνδρὸς ἡλικίαν, ἡδίστην καὶ ἱμερωτάτην ἑορτῶν ἐμοί. πλὴν οὔτε χερῶν δημιούργημα πέμπω σοι τῶν ἐμῶν ὡς ἐκείνη ἔφη διδοῦσα τῷ μειρακίῳ τὸν πέπλον· ὅτε εἰς γάμου μόνον ὥραν καὶ γαμετῆς χάριν εὔθετον· ἀλλὰ ποίημα μὲν καὶ γένημα παιδείας καὶ ψυχῆς τῆς ἐμῆς, κτῆμα δέ σοι τὸ αὐτὸ καὶ χρῆμα πρὸς ἁπάσας ἐν τῷ βίῳ χρείας ἐπωφελὲς γινόμενον διὰ λόγων, ὠφέλιμον ἀναγκαιότατον ἁπάντων χρημάτων· εἴ τι δὴ καὶ γὼ τυγχάνω τῶν δεόντων φρενῶν· ἁπάσιμεν ὁμοίως τοῖς ἀσκοῦσι τοὺς πολιτικοὺς λόγους, ἐν ᾗ ποτ' ἂν ἡλικίᾳ τε καὶ ἕξει τυγχάνωσιν ὄντες· μάλιστα δὲ τοῖς μειρακίοις

Largior hocce tibi munus dulcissime fili. Liceat enim mihi ijsdem verbis te affari, quibus apud Homerum affatur Helena hospitio excipiens Thelemachum. hoc die, quo postquam virilem togam sumpsisti, primum natalem agis, omnium festorū mihi iucundissimum & honoratissimum. atque eò magis, quòd neque manuum mearum opus, tibi mitto: sicut illa loquitur tradens iuueni peplum: neq; nuptiarum solùm tempori, nuptaque gratiâ fabrefactum: sed opus & fœtum studij ingenijq; mei, mancipiò vsúq; tuum futurū, ad omnes cōmoditates vitę, quæcūque sermone conficiuntur vtile: maximèq; ex omnibus rebus necessarium, (si quid sanè ego rerum vtilium cogitando assequor) cùm vniuersis perinde ciuilem orationē exercentibus, quacunq; ętate & profectu fuerint: tum præcipuè vobis

μειρακίοις τε καὶ νεωστὶ τῶν μαθήματος ἀπηρμένοις ὑμῖν ὦ Ῥοῦφε Μελίτη, πατρὸς ἀγαθοῦ, καὶ μοὶ φιλτάτου φίλων. διττῆς γὰρ οὔσης ἀσκήσεως ἁπάντων ὡς εἰπεῖν τοὺς λόγους, τῆς μὲν περὶ τὰ νοήματα, καὶ τῆς περὶ τὰ ὀνόματα· ὧν ἡ μὲν, τὸ πραγματικοῦ τούτου μᾶλλον ἐφάπτεσθαι δόξειεν ἄν, ἡ δὲ, τοῦ λεκτικοῦ· καὶ πάντων ὅσοι τοῦ λέγειν εὖ ἐφίενται, περὶ ἀμφοτέρας ἀναγκαίας τοῦ λόγου ἕξεως ἐπιστάσης ἐξίσου. ἡ μὲν οὖν τὰ πράγματα καὶ τὴν ἐν τούτοις φρόνησιν ἀγούσα ἡμᾶς ὅπη σήμερον βαδεῖα ἐστὶ καὶ χαλεπὴ νέοις, μᾶλλον δὲ, ἀδύνατος εἰς ἀκριβείαν καὶ μειρακίαν πεσεῖν ἡλικίαν. ἀκμαζούσης γὰρ ἤδη σωφρονούσης ἐστὶ, καὶ πολιαῖς κατηρτυμένης ἡλικίας ἡ τούτων γνῶσις ἐστὶν οἰκειοτέρα. πολλῆς μὲν ἱστορίας ἀλόγων τε καὶ ἔργων, πολλῆς δὲ πείρας καὶ συμφορᾶς παθῶν οἰκείων τε καὶ ἀλλοτρίων συναυξανομένης. τὸ δὲ περὶ τὰς λέξεις φιλόμουσον καὶ φιλόκαλον, καὶ ταῖς νεαραῖς πρέπουσ' ὡραϊσθεῖν ἀκμῇ ἥδιον ἡλικίαις. ἐπιόντι γὰρ ἀπασανεὺ ψυχῆς περὶ τὴν τῆς ἑρμηνείας ὡραϊσμὸν, ἀλόγους τινὰς καὶ ὥσπερ ἐνθουσιώδεις ὁρμὰς

iunioribus, & tenerè disciplinã ingressis: ô Rufe Melitie, optimi patris fili, & mihi omnium amicorum honoratissimi. Cùm enim duplex exercitatio sit in omnibus, vt verbo dicam, orationibus: altera quæ in sensis, altera quæ in nominibus versatur: illa quidem ad locum rerum pertinere videtur: hæc ad verborũ. cúmq; omnes quicúnq; bene dicendi laudem assequi studẽt, in vtramq; istam orationis disciplinã pariter incumbere oporteat: illa scientia, quę nobis dux est ad prudentiam rerum agendarum, lenta est, & adolescentibus haud facilis: atq; adeò incredibilis, vt possit in teneram & iuuenilem ætatem cadere. matureſcenti enim iam animo, atque ætati canicie suffultæ, hæc cognitio est familiarior: vt quæ ex multa notitia tam dictorum quàm factorum, ex multa experientia & vsu, tam eorum quæ nobis, quàm quæ alijs bene vel malè euenerunt, simul incrementa sumat. At illam in elocutione velut ambitiosam quandã pulchritudinis & elegãtiæ consectationẽ, par est solitũq;, cum ipsa ætate efflorescere. Vniuscuiusque enim adolescentis animus stupefit in obtutu pulchritudinis eloquendi,

σα ὁρμάς· οἷς πολλῆς πάνυ καὶ ἔμφρονος δεῖ τῆς πρώτης ἐπιστασίας τε καὶ ἀγωγῆς, εἰ μέλουσι μὴ πᾶν ὅ τι κεν ἐπ' ἄκαιρον γλώσσαν ἔπος ἔλθῃ λέγειν. μηδὲ εἰκῇ συνθήσειν τὰ προσυχόντα ἀλλήλοις, ἀλλὰ ἐκλογῇ τε χρήσεσθαι καθαρῶν ἅμα καὶ γενναίων ὀνομάτων, καὶ συνθέσει ταῦτα κοσμήσειν μεμιγμένον ἐχούσῃ τῷ σεμνῷ τὸ ἡδύ. εἰς δὴ τοῦτο τὸ μέρος ὃ δεῖ πρῶτον νέοις ἀσκεῖσθαι, συμβαλόμαι σοι μέρος εἰς τὸ ἐρωτὰ τὸν περὶ συνθέσεως τῶν ὀνομάτων. τὸ πραγματείαν οὐκ ὀλίγοις μὲν ἐπὶ νοῦν ἐλθοῦσαν ὅσοι τῶν ἀρχαίων ῥητορικὰς ἢ καὶ διαλεκτικὰς συνέγραψαν τέχνας, οὐδενὶ δὲ ἀκριβῶς οὐδὲ ἀποχρώντως μέχρι τοῦ πάροντος ἐξειργασμένην, ὡς ἐγὼ πείθομαι. ἐὰν δὲ ἐγγενηταί μοι σχολὴ, καὶ περὶ τῆς ἐκλογῆς τῶν ὀνομάτων ἑτέραν ἐξοίσω σοι γραφὴν, ἵνα τὸ λεκτικὸν τόπον τελείως ἐξειργασμένον ἔχῃς. ἐκείνην μὲν οὖν τὴν πραγματείαν εἰς νέωτα πάλιν ὥραις ταῖς αὐταῖς προσδέχου, θεῶν ἡμᾶς φυλαττόντων ἀσινεῖς τε καὶ ἀνόσους, εἰ δή ποτε ἡμῖν ἄρα τούτου πέπρωται βεβαίως τυχεῖν. νυνὶ δὲ ἣν τὸ δαιμόνιον ἐπὶ νοῦν ἤγαγέ μοι πραγματείαν, πρὸς δέ-

χου. κε-

loquendi: & ad eam naturales quosdam impetus, & tanquã afflatu diuino concitatos sumit. Iis sanè multa admodũ & prudenti opus est prima institutione & educatione: si tales sunt futuri, vt non id quodcunq; intempestiuè in buccã venerit verbũ effutiant, neq; temerè quicquid sese obtulerit secum coagmentent: sed delectu vtantur verborum: vt simul & pura sint & generosa: eaq; compositione condiant, quæ grauitati iunctam habeat suauitatẽ. Ad eam itaq; partem, quam imprimis adolelescentes debent colere, confero tibi partem de Collocatione verborum, & amori commendo. opus quod non paucis quidem in mentẽ veniebat eorum, qui ex veteribus Rhetoricas vel Dialecticas conscripserunt artes: sed à nemine, vt existimo exactè, & perfectè, vsque ad hanc diem pertractatum. Quòdsi otium nactus fuero, alterum quoq; librum tibi afferam de verborũ delectu: vt locũ hunc de Elocutione perfectè pertractatũ habeas. Quod quidẽ opus rursus anno futuro eodem tempore expecta: si Dij nos saluos ac valentes seruauerint, idq; fata ratũ fore dederint. Nunc verò

 hoc

χου. κεφάλαια δέ αὐτῆς ἐστιν, ἀπρόκειταί μοι δεῖξαι, ταῦτα· τίς τε ἐστιν ἡ τῆς συνθέσεως φύσις, καὶ τίνα ἰσχὺν ἔχει, καὶ τίνων στοχάζεται, καὶ πῶς αὐτῶν τυγχάνει, καὶ τίνες αἱ γενικώταται αὐτῆς εἰσι διαφοραὶ, καὶ τὶς ἑκάστης χαρακτὴρ, καὶ ποίαν κρατίστην αὐτῶν πείθομαι· καὶ ἔτι πρὸς τούτοις, τι ποτ' ἐστι τὸ ποιητικὸν ἐκεῖνο, καὶ εὔγλωσσον καὶ μελιχρὸν ἐν ταῖς ἀκοαῖς, ὃ πέφυκε τῇ συνθέσει τῆς πεζῆς λέξεως παρακολουθεῖν, ποιητικῆς τε κατασκευῆς τ' ἀποίητον ἐκμιμουμένης λόγον, καὶ σφόδρα ἐν τῇ μιμήσει κατορθούσης αὐτῷ τὸ κράτος· καὶ διὰ ποίας ἂν ἐπιτηδεύσεως γένοιτο ἑκάτερον αὐτῶν. τοιαυτὶ μὲν δὴ τινά ἐστιν, ὡς τύπῳ περιλαβεῖν, ὑπὲρ ὧν μέλλω λέγειν.

Quid Collocatio & quæ eius materia.

Ἡ σύνθεσίς ἐστιν, ὥσπερ καὶ αὐτὸ δηλοῖ τοὔνομα, ποιά τις θέσις παρ' ἄλληλα τῶν τοῦ λόγου μορίων. ἃ δὴ καὶ στοιχεῖα τινες τῆς λέξεως καλοῦσι. ταῦτα δὲ Θεοδέκτης μὲν καὶ Ἀριστοτέλης, καὶ οἱ κατ' ἐκείνους φιλοσοφήσαντες τοὺς χρόνους, ἄχρι τριῶν προήγαγον, ὀνόματα καὶ ῥήματα καὶ συνδέσμους πρῶτα μέρη τῆς λέξεως ποιοῦντες. οἱ δὲ μετ' αὐτοὺς γενόμενοι, καὶ μάλιστα οἱ τῆς

στωϊκῆς

hoc opus, quod interim Deus menti suggessit accipe. cuius hęc sunt capita demõstranda. Quæ sit Collocationis natura: quamq; vim habeat vel ad quid collimet. deinde quomodo quis eam consequatur. tum quæ generales ipsius differẽtiæ; pręterea quæ vniuscuiusq; sit forma: qualẽue optimam ego existimem: ad extremum quid sit illud Pòéticũ suaue & iucundum in audiendo, quod solet collocationẽ orationis solutæ imitari: cúmque habeat apparatũ Pòéticum, non Pòéticum imitetur sermonem: maximeq́ue in imitatione vim suam retineat: tum quibus rationibus vnũ quodque eorum conficiatur. Eiusmodi itaq́; sunt, vt summatim comprehendam, ea de quibus sum dicturus.

Collocatio est (vt ipsum nomen commonstrat) quædam partium orationis mutua secum positio: quas nonnulli dictionis elementa appellant. Hæc autẽ Theodectes, & Aristoteles, & illi qui temporibus illis philosophati sunt ad tria reduxerunt: Nomina, Verba & Coniunctiones; hasque primas Orationis partes fecerunt. Qui verò illis tempore posteriores fuerunt maximéque

Stoicæ

ςωϊκῆς αἱρεσεως ἡγεμόνες ἕως τε-
τάρων προὐβίβασαν, χωρίσαντες
ἀπό τῶν συνδέσμων τὰ ἄρθρα.
εἶθ' οἱ μεταγενέστεροι τὰ προσηγο-
ρικά διελόντες ἀπὸ τῶν ὀνοματικῶν,
πέντε ἀπεφήναντο τὰ πρῶτα μέ-
ρη. ἕτεροι δὲ καὶ τὰς ἀντωνυμίας
ἀποζεύξαντες ἀπὸ τῶν ὀνομάτων,
ἕκτον ςοιχεῖον τοῦτο ἐποίησαν. οἱ δὲ
καὶ τὰ ἐπιῤῥήματα διεῖλον ἀπὸ τῶν
ῥημάτων, καὶ τὰς προθέσεις ἀπὸ
τῶν συνδέσμων, καὶ τὰς μετοχὰς ἀπὸ
τῶν προσηγορικῶν. οἱ δὲ καὶ ἄλλας
τινὰς εἰσάγοντες τομὰς, πολλὰ τὰ
πρῶτα μόρια τῆς λέξεως ἐποίησαν·
ὑπὲρ ὧν οὐ μικρὸς ἂν εἴη λόγος.
πλὴν ἥγε τῶν πρώτων εἴτε τῶν
τριῶν ἢ τεττάρων, εἴθ' ὅσων δή πο-
τε ὄντων μερῶν πλοκὴ καὶ παρά-
θεσις, τὰ λεγόμενα ποιεῖ κῶλα. ἔ-
πειθ' ἡ τούτων ἁρμονία, τὰς κα-
λουμένας συμπληροῖ περιόδους· αὖ
ταὶ δὲ τὸν σύμπαντα τελεοῦσι λό-
γον. ἔστι δὴ τῆς συνθέσεως ἔργα,
οἰκείως θεῖναι τά τε ὀνόματα παρ'
ἄλληλα, καὶ τοῖς κώλοις ἀποδοῦ-
ναι τὴν προσήκουσαν ἁρμονίαν,
καὶ ταῖς περιόδοις διαλαβεῖν αὐ-
τὸν ὅλον τὸν λόγον. Δευτέρα δὲ
οὖσα μοῖρα, τῶν περὶ τὸν λεκτικὸν
τόπον θεωρημάτων κατανοοῦντι τὴν

τάξιν

Stoicæ sectæ principes, ad quatuor vsque progressi sunt: articulos enim à coniunctionibus separauerūt. Qui verò eos secuti sunt, nomina ab appellatiuis seiunxerunt, & quinque primas partes declararunt. Alij pronomina etiam separantes à nominibus, sextum & hoc orationis elementum fecerunt; alij quoque aduerbia à verbis & præpositiones à coniunctionibus, & participia ab appellatiuis seiunxerunt: alij alias quasdam distinctiones introduxerunt, multasque orationis partes primas fecerunt. De quibus omnibus longa esset oratio. id tantùm dico, primorum horum elementorum, siue trium, siue quatuor, siue quotcunque fuerint connexio siue compositio, efficit illa quæ dicuntur Membra; quorum rursus iunctura illos orbes qui Periodi dicuntur complet; eæ verò simul, omnem orationem conficiunt. Erit autem collocationis negocium verba inuicem decenter componere: membris decentem iuncturam attribuere: & totam orationem periodis concludere. Et quidem cùm posterior sit hæc pars præceptionum in loco Elocutionis, si ordinem consideres:

Collocatio verborū Dele-

 præit

Ctu præstat.

τάξιν· ἡγεῖται γὰρ ἡ τῶν ὀνομάτων ἐκλογὴ, καὶ προϋφίσταται ταύτης κατὰ φύσιν· ἡδονὴν καὶ πειθὼ καὶ κράτος ἐν λόγοις οὐκ ὀλίγῳ κρείττω ἐκείνης ἔχει. καὶ μηδεὶς ἡγησήται παράδοξον, εἰ πολλῶν καὶ μεγάλων ὄντων θεορημάτων περὶ τὴν ἐκλογὴν ὑπὲρ ὧν πολὺς ἐγένετο φιλοσόφοις τε καὶ ῥητορικοῖς ἀνδράσι λόγος, ἡ σύνθεσις δεύτεραν ἔχουσα χώραν τῇ τάξει, καὶ λόγων οὐδὲ πολλοῦ δεῖ τ' ἴσων ἐκείνῃ τυχοῦσα, τοσαύτην ἴσχυν ἔχει καὶ δύναμιν ὥστε περιεῖναι πάντων τῶν ἐκείνης ἔργων καὶ κρατεῖν. ἐνθυμούμενος ὅτι καὶ αἱ περὶ τῶν ἄλλων τεχνῶν ὅσαι διαφόρους ὕλας λαμβάνουσαι, συμφορητὸν ἐκ τούτων ποιοῦσι τὸ τέλος. ὡς οἰκοδομική τε καὶ τεκνονικὴ, καὶ ποικιλτικὴ, καὶ ὅσαι ταῖς τοιαύταις εἰσιν ὁμογενεῖς, αἱ συνθετικαὶ δυνάμεις, τῇ μὲν τάξει δεύτεραι τῶν ἐκλεκτικῶν εἰσι, τῇ δὲ δυνάμει πρότεραι. ὥστ' εἰ καὶ τῷ λόγῳ τὸ αὐτὸ συμβέβηκεν, οὐκ ἄτοπον ἡγητέον. οὐδὲν δὲ κωλύει καὶ πίστεις παρασχεῖν τοῦ προκειμένου; μήτι δόξωμεν ἐξ ἑτοίμου λαμβάνειν τῶν ἀμφισβήτησιν ἐχόντων λόγων. ἔστι τοίνυν πᾶσα λέξις, ἣ σημαινομεν τὰς

præit enim verborum delectus, & secundùm naturam illius est fundamentum: voluptatem tamen & suadam, & vim non deteriorem, sed meliorem quàm ille habet. Nulli verò videatur mirabile, si cùm de verborum delectu multæ & graues sint considerationes, de eoque tum Philosophi, tum Rhetores multa scripserint; collocatio verò ordine & loco posterior sit; parũq; absit, quin consecuta fuerit æquales cum illo sermones: tamen tantùm virium & potestatis habeat, vt omnia alia negotia in oratione conficienda superet & vincat: considerando, quòd etiam alia artificia quæcunq; materias diuersas recipiunt, ex his persimilem faciant finem. Quemadmodum in architectura, arte fabrili, pictura, & alijs quæ his similes sunt, facultates quæ habent vim componendi, ordine quidem posteriores sunt ijs, quæ in delectu consistunt: virtute verò priores: quod & orationi si contigerit, non absurdum esse existimandum est. Nihil autem prohibet nos fidẽ propositę rei adstruere, ne sermones ambiguos pro manifestis sumere videamur. Est igitur omnis dictio, quâ sensa animi significa-

μὲν τὰς νοήσεις, ἡ μὲν ἔμμετρος. ἡ δὲ, ἄμετρος· ὧν ἑκατέρα, καλῆς μὲν ἁρμονίας τυχοῦσα, καλὸν οἵατ' ἐστὶ ποιεῖν τὸ μέτρον καὶ τὸν λόγον. ἀνεπιστάτως δὲ καὶ ὡς ἔτυχε ῥιπτομένη, προσαπόλλυσι καὶ τὸ ἐν τῇ διανοίᾳ χρήσιμον. πολλοὶ γοῦν ποιηταὶ καὶ συγγραφεῖς, φιλόσοφοί τε καὶ ῥήτορες, λέξεις πανύ καλὰς καὶ πρεπούσας τοῖς ὑποκειμένοις ἐκλέξαντες ἐπιμελῶς, ἁρμονίαν δὲ αὐταῖς πειθέντες εἰκαίαν τινὰ καὶ ἄμουσον, οὐδὲν χρηστὸν ἀπέλαυσαν ἐκείνου τοῦ πόνου. ἕτεροι δὲ, εὐκαταφρόνητα καὶ ταπεινὰ λαβόντες ὀνόματα, συνθέντες δὲ αὐτὰ ἡδέως καὶ πειττῶς, πολὺν τὴν ἀφροδίτην τῷ λόγῳ πειέθηκαν. καὶ σχεδὸν ἀναλόγον τι πεπονθέναι δόξειεν ἂν ἡ σύνθεσις πρὸς τὴν ἐκλογὴν, ὁ πάσχει ὀνόματα πρὸς τὰ νοήματα. ὥσπερ γὰρ οὐδὲν ὄφελος διανοίας ἐστὶ χρηστῆς, εἰ μή τις αὐτῇ κόσμον ἀποδώσει καλῆς ὀνομασίας. οὕτω κἀνταῦθ' οὐδὲν ἐστὶ προὔργον λέξιν εὑρεῖν καθαρὰν καὶ καλὴν ῥήμονα, εἰ μὴ καὶ κόσμον αὐτῇ τῆς ἁρμονίας τὸν προσήκοντα πειθήσει. ἵνα δὲ μὴ δόξω, φασὶν, ἀναπόδεικτα λέγειν, ἐξ ὧν ἐπείσθην κρεῖττον εἶναι

significamus quædam ligata, quædā soluta: quarum vtraq; si pulchram iuncturam nacta fuerit, poterit pulchrū facere & carmen & orationē: si verò inscienter & temerè proijciatur: etiam ea quæ præclarè sunt cogitata corrumpit. Multi siquidem Poétæ, multi rerum scriptores, Philosophi item & Rhetores, cùm verba summo studio pulchra & decentia ad propositā rem accuratè deligerent, temerariamque & insulsam iuncturam adiungerent, nullam frugem ex tanto labore perceperunt: alij verò cùm verba contempta & humilia assumerent, eaq; collocatione iucunda & elegāti exornarent, multam venustatem & gratiā orationi addiderunt. Et quidē rationem eandem habere videtur Collocatio cū Delectu quam habēt verba ipsa cum rebus. Quemadmodum enim nulla vtilitas cogitationis præclaræ est, si ei quis pulchræ locutionis non addiderit ornamentum: ita etiam nulla est laus inuenire purum & venustū verbum, si iuncturæ aptum ornatum nō addideris. Ne autē, quod aiunt, videar indemonstrabilia dicere: quibus rationibus inductus sim affirmare, prestantiorē & perfectiorē exercita-

Quantū Collocatio tam in verbis

quàm in sententijs valeat, exemplis illustratur.

τον εἶναι καὶ τελειότερον ἄσκημα τῆς ἐκλογῆς τὴν σύνθεσιν, ἔργῳ πειράσομαι, δεικνῦναι, ἐμμέτρων τὲ καὶ πεζῶν λόγων ἀπαρχὰς ὀλίγας προχειρισάμενος. λαμβανέσθω δὲ ποιητῶν μὲν Ὅμηρος, συγγραφέων δὲ, Ἡρόδοτος. ἀπόχρη γὰρ ἐκ τούτων καὶ περὶ τῶν ἄλλων εἰκάσαι. ἔστι δὴ παρ' Ὁμήρῳ μὲν ὁ παρὰ τῷ συβώτῃ καταγόμενος. Ὀδυσσεὺς περὶ τὴν ἑωθινὴν ὥραν ἀκρατίζεσθαι μέλλων, ὡς τοῖς παλαιοῖς ἔθος ἦν. ἔπειτα ὁ Τηλέμαχος αὐτοῖς ἐπιφαινόμενος ἐκ τῆς εἰς Πελοπόνησον ἀποδημίας. πραγμάτια λιτὰ καὶ βιωτικὰ ἡρμηνευμένα ὑπέρευ. πεῦ δὲ ἐστιν ἡ τῆς ἑρμηνείας ἀρετή, τὰ ποιήματα δηλώσει παρατεθέντα αὐτά.

Τὼ δ' αὖτ' ἐν κλίσιῃς Ὀδυσσεὺς καὶ δῖος ὑφορβός,
Εντύνοντο ἄριστον ἅμ' ἠοῖ κειαμένω πῦρ,
Ἔκπεμψάν τὲ νομῆας ἅμ' ἀγρομένοισι σύεσσι.
Τηλέμαχον δὲ περίσαινον κύνες ὑλακόμωροι,
Οὐδ' ὕλαον προσιόντα. νόησε δὲ δῖος Ὀδυσσεὺς
Σαίνοντας τε κύνας, ὑπὸ δέκτυπος ἦλθε ποδοῖιν.

Αἶψα

exercitationem esse in verborũ collocatione, quàm in delectu, re ipsa demonstrare conabor, idq́; si pauca tam ex ligata quàm ex soluta oratione excerpta delibauero. Accipiamus igitur ex Pòétis quidem Homerum, ex Historicis autem Herodotum: licebit enim ex his de alijs iudicare. Est igitur apud Homerum locus vbi à subulco Vlysses circa matutinam horam deducitur ientaturus: vt mos priscis erat: ad quos Telemachus venit ex peregrinatione, quam susceperat in Peloponesum. Negotiolum vile & commune, supraquam dici potest, bene prolatum. Vbi autem sit elocutionis virtus, versus hi propositi demonstrabunt.

Hi autem rursus in stabulis Vlysses & diuinus subulcus.
Parabant prandium: simul cum aurora incendentes ignem.
Emiseruntque pastores cum congregatis suibus.
Telemachum autem circumblandiebantur canes latrantes
Neque latrabant aduenientem, intellexit autem diuus Vlysses
Adulantes canes: & circùm sonus venit pedum.

Statim

Αἶψα δ' ἄρ' Εὔμαιον προσεφώνεεν ἐγγὺς ἐόντα.
Εὔμαι', ἦ μάλα τις τοι ἐλεύσεται ἐνθάδ' ἑταῖρος.
Ἢ γὰρ γνώριμος ἄλλος, ἐπεὶ κύνες ἔχ' ὑλάουσιν,
Ἀλλὰ προσαίνουσι. ποδῶν δ' ὑπὸ δοῦπον ἀκούω.
Οὔπω πᾶν εἰρητο ἔπος, ὅτε οἱ φίλος υἱὸς
Ἔστη ἐνὶ προθύροισι. θαφὼν δ' ἀνόρουσε συβώτης.

Ἐκ δ' ἄρα οἱ χερῶν πέσεν ἄγγεα τοῖς ἐπονεῖτο.
Κιρνὰς αἰθοπα οἶνον. ὁ δ' ἀμφὶς ἦλθεν ἄνακτος.
Κύσε δὲ μιν κεφαλήν τε καὶ ἄμφω φάεα καλὰ,
Χεῖράς τ' ἀμφοτέρας. θαλερὸν δέ οἱ ἔκπεσε δάκρυ.

Ταῦθ' ὅπη μὲν ἐπάγεται καὶ κηλεῖ τὰς ἀκοὰς, πεπιεσμένων τε καὶ ἡδέων πανὺ ἡδίστων ἐδινὸς ἥδε μοῖραν ἔχει. πάντες ἂν εἰδεῖεν ὅτι μαρτυρήσαιεν. ποῦ δὴ αὐτῶν ἐστὶν ἡ πειθὼ, καὶ διὰ τί τοιαῦτά ἐστι; πότερον διὰ τὴν ἐκλογὴν τῶν ὀνομάτων ἢ διὰ τὴν σύνθεσιν; οὐδεὶς ἂν εἴποι διὰ τὴν ἐκλογὴν, ὡς ἔγωγε πείθομαι. ἅπαντα γὰρ τῶν εὐτελεστάτων τε καὶ ταπεινοτάτων ὀνομάτων πέπλεκται

Statim autem Eumæum prope assistentem allocutus est.
Eumæe, certè aliquis veniet huc socius

Vel & cognitus alius, quoniam canes non latrant,
Sed circumbladiuntur, pedum autem strepitum inaudio.
Nondum omne dictum erat verbum quando eius dilectus filius
Stetit in vestibulis: stupefactus autem surrexit subulcus.
Ex autem eius manibus ceciderunt vasa quibus laborabat.
Miscens nigrum vinum: hic autem contra venit regem
Osculatus est autem ipsum capiteq; & ambobus luminibus pulchris
Manibusq; ambabus. tenera autem ei excidit lachryma.

Hîc detineri & permulceri auditum poemate ipso & quidem suauissimo, præcipuam partem habente, omnes quantùm sciam faterentur. Vbi autem suada horum carminum sita sit, vtrùm in delectu verborum, an collocatione? Equidem nemo diceret in delectu quantùm ego existimo. Nam omnis ea oratio ex villissimis & humillimis dictionibus connectitur: quibus

πλέκται πᾶσα ἡ λέξις, οἷς ἂν καὶ θαλατουργὸς καὶ χειροτέχνης, καὶ πᾶς ὁ μηδεμίαν ὥραν τοῦ λέγειν εὖ ποιούμενος, ἐξ ἑτοίμου λαβὼν ἐχρήσατο. λυθέντος γοῦν τοῦ μέτρου, φαῦλα φανήσεται τὰ αὐτὰ ταῦτα καὶ ἄζηλα. οὔτε γὰρ μεταφοράι τινες ἐν αὐτοῖς εὐγενεῖς ἐνεῖσιν οὔτ' ὑπαλλαγαὶ, οὔτε καταχρήσεις, οὔτε ἄλλη τροπικὴ διάλεκτος οὐδεμία, οὐδὲ δὴ γλῶτται πολλαί τινες, οὔτε ξένα ἢ πεποιημένα ὀνόματα τί οὖν λείπεται, μὴ οὐχί τὴν σύνθεσιν τοῦ κάλλους τῆς ἑρμηνείας αἰτιᾶσθαι; τοιαῦτ' ἐστι παρὰ τῷ ποιητῇ μυρία, ὡς εὖ οἶδ' ὅτι πάντες ἴσασιν. ἐμοὶ δὲ ὑπομνήσεως ἕνεκα λέγοντι ἀρκεῖ ταῦτα μόνα εἰρῆσθαι. φέρε δὴ μεταβῶμεν καὶ ἐπὶ τὴν πεζὴν διάλεκτον, καὶ σκοπῶμεν εἰ κἀκείνῃ τὸ αὐτὸ συμβέβηκε πάθος, ὥστε περὶ μικρὰ καὶ φαῦλα πράγματά τε καὶ ὀνόματα συνταχθέντα καλῶς, μεγάλας γίνεσθαι τὰς χάριτας. ἐστι δὴ παρὰ τῷ Ἡροδότῳ βασιλεῦς τις Λυδῶν, (ὃν ἐκεῖνος Κανδαύλην καλεῖ, Μυρσίλον δὲ καλεῖσθαι φησὶν ὑφ' Ἑλλήνων) τῆς ἑαυτοῦ γυναικὸς ἐρῶν, ἔπειτα ἀξιῶν τινα τῶν ἑταίρων αὐτοῦ, γυμνὴν τὴν ἄνθρωπον ἰδεῖν. ὁ δὲ,

& agricola, & nauta, & artifex, & quilibet alius, qui nullum vnquam tempus studio bene dicendi insumsit, ex promptu & facili vti posset; dissoluto etiã carmine omnia humilia nec digna imitatione videbuntur. Nec enim hic sunt translationes generosæ, non permutationes aut abusiones, non aliqua locutio figurata, non dialecti variæ, non noua & elaborata verba. Quid ergo reliquum est, an non ipsam Collocationem pulchritudinemq́; interpretationis in caussa ponere? Talia verò sunt apud pòétam infinita, quæ vt existimo omnes cognoscunt: mihi quidem cui commemorasse satis est, sufficiat hæc protulisse. Age itaq́ue transeamus ad orationem solutam, inspiciamusq́; , si eundem habere possit affectum; præsertim si in rebus paruis & humilibus versetur: in verbis tamen pulchrè collocatis magna insit gratia. Est itaq́ue apud Herodotum rex quidam Lydiæ (quem ille Candaulem vocat, Myrsilum autem à Græcis appellari dicit) hic suam vxorem suprámodũ amabat: deinde dignatus est quendam ex amicis vt eam nudam conspiceret. reluctabatur primò ille,

δὲ, ἀπομαχόμενος μὴ ἀναγκα-
σθῆναι· ὡς δὲ οὐκ ἔπειθεν, ὑπο-
μένων τε καὶ θεώμενος αὐτὴν ἦν.
τὸ δὲ πρᾶγμα ἔχ ὅπι σεμνὸν ἢ
καλλιλογεῖσθαι ὑπιτήδειον, ἀλλὰ
καὶ ταπεινὸν καὶ ἐπικίνδυνον· καὶ τῷ
αἰσχροῦ μᾶλλον ἢ τῷ καλοῦ ἐγγυ-
τέρω· ἀλλ' εἰρηται σφόδρα δεξι-
ῶς, καὶ κρεῖττον γέγονεν ἀκουσθῆ-
ναι λεγόμενον, ἢ ὀφθῆναι γινόμε-
νον. ἵνα δὲ μήτις ὑπολάβῃ τὸ διά-
λεκτον εἶναι τῆς ἡδονῆς αἰτίαν τῇ
λέξει, μεταθεὶς αὐτῆς τὸν χαρα-
κτῆρα εἰς τὴν Ἀτθίδα γλῶτταν,
καὶ οὐδὲν ἄλλο περιεργαζόμενος,
ὅτως ἐξοίσω τὸ διάλογον·

» Γύγη, οὐ γὰρ σε οἰκῶ πείθεσθαι
» μοι λέγοντι τὰ περὶ τὸ εἶδος
» τῆς γυναικός· ὥσπερ γὰρ τυγχάνε
» ἀνθρώποις ὄντα ἀπιστότερα ὀ-
» φθαλμῶν· ποῖ φῶτος ἐκείνην
» θεάσῃ γυμνήν· ὁ δὲ, μέγα ἀνα-
» βοήσας εἶπεν· Δέσποτα, τίνα λό-
» γον λόγον ἔχ ὑγιᾶ, κελεύων με
» δεσποίναν τὴν ἐμὴν θεάσασθαι
» γυμνήν; ἅμα δὲ χιτῶνι ἐκδυο-
» μένω συνεκδύεται καὶ τὴν αἰδῶ
» γυνή. πάλαι γὰρ καλὰ ἀνθρώ-
» ποις ἐξεύρηται ἐξ ὧν μανθάνειν
» δεῖ. ἐν οἷς ἓν τόδε ἐστὶν, ὁρᾶν ἵνα
» τὰ ἑαυτοῦ. ἐγὼ δὲ πείθομαι ἐκείνην πασῶν γυναικῶν εἶναι καλλίστην, καὶ σοῦ δέο-

ille, ne ad id adigeretur: vbi verò non persuadet tandem sustinuit & conspexit. Negocium quidem ipsum est turpe, nec quod eleganter efferatur idoneum: imò abiectum & periculosum, & propius turpi quàm pulchro; sed quia optimè effertur, fit meliùs dum auditur dictum, quàm conspicitur gestum. Ne autem aliquis suspicetur voluptatem hanc orationis dialectum efficere, immutabo characterem in Atticam linguam, nullaque ampliùs re addita ipsum dialogum proferam.

Gyge, neque enim videris mihi fidem habere referenti de coniugis specie: (quod minus credulæ sunt hominibus aures quàm oculi.) sac illam conspicias nudam. Hic autem vehementer exclamans, Quémnam, inquit, here sermonem profers haut quáquam sanum, qui me iubes inspicere heram meam nudam? Mulier exuta tunica & verecundiam pariter exuit. Iam olim ab hominibus quæ sunt honesta inuenta sunt: vnde discere ea debemus: ex quibus hoc vnum est. Quæ sua sint, quemque inspicere decere. Ego verò tibi fidem habeo illam esse fœminarum omnium speciosissimam, teque oro ne

,, ομαι μὴ χρήζειν ἀνόμων. ὁ μὲν δὴ
,, λέγων ταῦτα, ἀπεμάχετο· ὁ δὲ,
,, ἠμείβετο· Θάρσει, Γύγη, καὶ μὴ
,, φοβοῦ μήτ' ἐμὲ, ὡς πειρώμενος
,, τοῦ λόγου λέγω τόνδε· μήτε γυ-
,, ναῖκα τὴν ἐμὴν, μή τι σοι ἐξ αὐ-
,, τῆς γένηται βλάβος. ἀρχὴν γὰρ
,, ἐγὼ μηχανήσομαι οὕτως, ὥς τε
,, μηδὲ μαθεῖν αὐτὴν ὀφθεῖσαν ὑ-
,, πόσου. ἀγαγὼν γὰρ σε εἰς τὸ
,, οἴκημα ἐν ᾧ κοιμώμεθα, ὄπι-
,, σθεν τῆς ἀνοιγομένης θύρας στή-
,, σω. μετὰ δ' ἐμὲ εἰσελθόντα πα-
,, ρέσται καὶ ἡ γυνὴ ἡ ἐμὴ ἐς κοίτην.
,, κεῖται δὲ ἐγγὺς τῆς εἰσόδου θρό-
,, νος. ἐπὶ τοῦτον τῶν ἱματίων καθ'
,, ἓν ἕκαστον ἐκδοῦσα θήσει· καὶ καθ'
,, ἡσυχίαν πολλὺν παρέσται σοι θε-
,, άσασθαι. ὅταν δὲ ἀπὸ τοῦ θρόνου
,, πορεύηται ἐπὶ τὴν εὐνὴν, κατὰ νώτου τε αὐτῆς γένῃ. σοὶ μελέτω τὸ ἐντεῦθεν,
,, ὅπως μή σε ὄψεται ἀπιόντα διὰ θυρῶν. ὁ μὲν δὴ, ὡς οὐκ ἠδύνατο διαφυγεῖν,
,, ἕτοιμος ἦν ποιεῖν ταῦτα.

me ores illicita. Atque hoc dicendo, Gyges repugnabat: ne quid sibi ex ea re mali contingeret. Cui vicissim ille his verbis, Fidens, inquit, esto Gyge: neque vereare aut me, tanquam hoc te sermone tentantem, aut vxorem meam, ne quid tibi ex ea detrimenti creetur. Principio enim sic ego machinabor, vt illa ne deprehendat quidem abs te fuisse inspectam. Te namque deducto in habitaculum in quo cubamus, post fores apertas collocabo. Vbi ergo fuero ingressus, aderit & vxor mea in cubiculum: prope autem ianuam sella posita est, super quam vestes illa (vt quamque exuet) reponet: ibique tibi plurima quiete spectanda præsto erit: quum verò à sella cubitum perget, tuque à tergo fueris, curæ tibi sit deinceps ne te per fores abeuntem conspiciat. Gyges igitur vbi effugere non potuit, fuit paratus ea facere.

Οὐκ ἂν ἔχοι τις οὐδὲ ἐνταῦθα εἰπεῖν, ὅτι τὸ ἀξίωμα καὶ ἡ σεμνότης τῶν ὀνομάτων εὔμορφον πεποίηκε τὴν φράσιν. ἀνεπιτήδευτα γὰρ ἐστι καὶ ἀνήλεκτα, οἷα φύσις τέθεικε σύμβολα τοῖς πράγμασιν. οὐδὲ γὰρ ἥρμοττεν ἴσως κρείττοσι χρήσασθαι ἑτέροις. ἀνάγκη δή που, ὅταν τοῖς κυριωτάτοις τε καὶ προσεχεστάτοις ὀνομά

Hoc loco nullus quidpiam haberet, quod diceret, quia dignitas grauitasque verborum, elegantem facit locutionem. Verba enim, quæ notæ sunt rerum, nullo studio & delectu adhibito sunt posita, sed qualia ipsa natura rebus imposuit. Neque sanè cõueniens esset alijs melioribus vti. Necesse est igitur cùm maximè proprijs

ὀνόμασιν ἐπιφέρηται τὰ νοήματα, μηδὲν σεμνότερον εἶναι ἢ οἷά ἐστιν. ὅπῃ δ' ἔνδεν ἐν αὐτοῖς ἔστι σεμνὸν, ἐνδὲ πιθανὸν, ὁ βουλόμενος εἴσεται, μεταθεὶς οὐδὲν ὅτι μὴ τὴν ἁρμονίαν. πολλαχοῦ γὰρ παρὰ τούτῳ τῷ ἀνδρὶ τοιαῦτά ἐστιν, ἐξ ὧν ἂν τις τεκμήραιτο ὅτι οὐκ ἐν τῷ κάλλει τῶν ὀνομάτων ἡ πειθὼ τῆς ἑρμηνείας ἦν, ἀλλ' ἐν τῇ συζυγίᾳ ἦν. καὶ περὶ μὲν τούτων ἱκανὰ ταῦτα. ἵνα δὲ πολὺ μᾶλλον ἄιδηται, ὅσην ἔχει ῥώμην ἡ σωφελοῦσα δύναμις ἐν τε ποιήμασι καὶ λόγοις, λήψομαί τινας εὖ ἐχούσας λέξεις, ὧν τὰς ἁρμονίας μεταθείς, ἀλλοῖα φανεῖται ποιήσω καὶ τὰ μετρὰ, καὶ τοὺς λόγους. λαμβανέσθω δ' πρῶτον ἐπὶ τῶν Ὁμηρικῶν ταυτί.

prijs & proximis rei verbis, ſenſa efferimus, vt nihil accedat auguſtius ſupra ipſa: in quibus nihil grauitatis, nihil excellentiæ ineſſe, qui voluerit ſciet; ſi nullam rem aliam præter iunctura mutauerit. Multa autem alia apud hunc autorem huius generis ſunt, ex quibus quilibet coniicere poterit, non in pulchritudine verborum & proprietate, ſuauitatem elocutionis, ſed in coniugatione ſitam eſſe. Et de his quidem hæc ſufficient. Vt autem magis notum ſit, quantam habeat vim collocatio tam in verſu, quàm in oratione ſoluta: aſſumam aliquot exempla, quæ & ſi bona primo aſpectu videntur; tamen eorum iunctura mutata, diuerſa peni-

tus apparebunt tum carmina, tum orationes ſolutæ. Sumamus autem hæc Homeri.

Ἀλλ' ἔχεν ὥστε τάλαντα γυνὴ χερνῆτις ἀληθὴς,
Ἥτε σταθμὸν ἔχουσα, καὶ εἰρίον ἀμφὶς ἀείρει,
Ἰσάζουσ', ἵνα παισὶν ἀεικέα μισθὸν ἄρηται.

Sed ſe ita habebant. vt lances mulier manibus victum quærens vera
Quæ ſtateram habens & lanam vtrinque appendit.
Librans vt liberis iuſtam mercedem auferat.

Τοῦτο τὸ μέτρον ἡρωϊκόν ἐστιν, ἑξάποδον, τελεῖον, κατὰ πόδα δάκτυλον βαινόμενον. ἐγὼ δὴ τῶν αὐτῶν ὀνομάτων τούτων μεταθεὶς κινήσας

Hoc carmen Heroicum eſt, conſtans ſex menſuris, perfectum, quod ſi pede dactylo procedat. Ego verò immutata collocatione horum verborum,

BIBL. Z.N.IM. OSSOLINSKICH

κινήσας τὴν σύνθεσιν, τοὺς αὐλητοὺς στίχους ἀντὶ μὲν ἑξαμέτρων ποιήσω τετραμέτρους, ἀντὶ δὲ ἡρωϊκῶν προσῳδικούς, τὸν τρόπον τοῦτον.

borum, pro Hexametris faciam Tetrametra, & pro Heroicis faciã Prosodica ad hunc modum.

Ἀλλ' ἔχον ὥστε γυνὴ χερνῆτις τάλαντα ἀληθὴς,
Ἥτ' εἰρίον ἀμφὶς καὶ σταθμὸν ἔχουσ' ἀνέλκει
Ἰσάζουσ', ἵν' ἀμοιρέα παισὶν ἄροιτο μισθόν.

Ταιαῦτά ἐστι τὰ πριάπεια, ὑπό τινων δὲ ἰθυφάλια λεγόμενα, ταυτί.

Quæ quidem Priapeia ab alijs Ithiphalica vocantur. Qualia sunt illa.

Οὐβέβηλος, ὡς λέγεται τῶν νέου Διηνύσου,
Κἀγὼ δ' ἐξ ἐργασίης ὠργιασμένος ἥκω.

Non profanus, vt dicitur, adolescentis Bachi
Ego vero ex opere, sacris Bachi initiatus adsum.

Ἄλλους πάλιν λαβὼν στίχους Ὁμηρικοὺς, ὅτε προσθεὶς οὐδὲν αὐτοῖς, οὔτε ἀφελὼν, τὴν δὲ σύνθεσιν ἀλλάξας μόνον, ἕτερον ἀποδώσω μέλος τετράμετρον, τὸ καλούμενον Ἰωνικόν.

Alios deinde accipiam versus Homeri, nihilque ipsis addam, nihil adimam: ipsam tantùm collocationem immutabo, aliudque carmen tetrametrum quod vocatur Ionicũ efficiam.

Ὡς ὁ πρόσθ' ἵππων καὶ δίφρου κεῖτο τανυσθείς,
Βεβρυχὼς, κόνις δεδραγμένος αἱματοέσσης.

Sic ille ante equos & currum iacebat extensus
Frendens, pulu erem apprehendens cruentum.

Ὡς ὁ πρόσθ' ἵππων καὶ δίφρου κεῖτο τανυσθεὶς
Αἱματοέσσης κόνις δεδραγμένος, βεβρυχώς.

Ταιαῦτά ἐστι τὰ Σωτάδια ταυτί.

Talia sunt & illa Sotadia.

Ἔνθ' οἱ μὲν ἐπ' ἄκρης πυρᾶς νέκυες ἔκειντο
Γῆς ἐπὶ ξένης, ὀρφανὰ τείχεα προλιπόντες

Ibi quidem in summitate rogorum mortui iacebant.
In terra aliena, viduos muros relinquentes

Ἑλάδες

Gracia

Ἑλάδος ἱερῆς, καὶ μυχὸν ἑστίης
πατρῴης,
Ἥβην τ' ἐρατεινὴν, καὶ καλὸν
ἡλίου πρόσωπον.

Δυναίμην δ' ἂν ἔτι πολλὰς ἰδέας μέτρων καὶ διαφόρους εἰς τὸν ἡρωϊκὸν ἐμπιπτούσας στίχον ἐπιδεικνύναι τὸ δὲ αὐτὸ κἂν τοῖς ἄλλοις ὀλίγου δεῖν πᾶσι συμβεβηκὸς μέτροις τε καὶ ῥυθμοῖς ἀποφαίνειν, ὥστε τῆς μὲν ἐκλογῆς τῶν ὀνομάτων τῆς αὐτῆς μενούσης, τῆς δὲ συνθέσεως μόνης μάλιστα πεσούστης, τά τε μέτρα μεταῤῥυθμίζεσθαι, καὶ συμμεταπίπτειν αὐτοῖς τὰ σχήματα, τὰ χρώματα, τὰ ἤθη, τὰ πάθη, τὴν ὅλην τῶν ποιημάτων ἀξίωσιν. ἀλλ' ἀναγκασθήσομαι πλείονων ἅψασθαι θεωρημάτων ὧν ἔνια ὀλίγοις πανὺ ἐστὶ γνώριμα. ἐπὶ πολλῶν δὲ ἴσως, καὶ οὐχ ἥκιστα ἐπὶ τῶν τοιούτων, καλῶς ἂν ἔχοι Εὐριπίδεια ταῦτα ἐπενεγκεῖν.

Μή μοι λεπτῶν θίγγανε μύθων,
Ψυχὴ. τί περισσὰ φρονεῖς; εἰ μὴ
Μέλεις σεμνύνεσθαι παρ' ὁμοίοις

Ταῦτα μὲν οὖν ἐάσειν μοι δοκῶ κατὰ τὸ πάρον. ὅτι δὲ καὶ ἡ πεζὴ λέξις τὸ αὐτὸ δύναται παθεῖν τῇ ἐμμέτρῳ, ὄντων μὲν ὀνομάτων, ἀλλασσομένης δὲ τῆς συνθέσεως, πάρεστι

Græciæ sacræ & cubiculum domus paternæ.
Et iuuentutem amabilem & pulchram Solis faciem.

Possem præterea multas formas carminũ & differentias quæ in Heroicos incidunt versus proferre, in omnibusque alijs ferè, tam mensuris quàm numeris hoc idem demonstrare: verborum delectu permanente, sed sola collocatione maximè concidente & carmina ipsa denormantur, & cum eis figuras, colores, mores, affectus corruunt. sed necesse habeo plura præcepta attingere: ex quibus quædam paucis omnino sunt cognita. De multis autem fortasse, sed non minùs his licebit illud Euripidis proferre.

Ne mihi attingas subtiles sermones
Anime quid superuacanea cogitas?
Si non relaturus es honorem apud pares.

Itaque relinquenda hæc puto in præsentia. Quoniam autem & soluta oratio hoc ipsum quod & ligata pati potest, vt manentibus ijsdem verbis, mutata collocatione

πάρεστι τῷ βουλομένῳ σκοπεῖν. λήψομαι δὲ ἐκ τῆς Ἡροδότου λέξεως τὴν ἀρχὴν τῆς ἱστορίας, ἐπεὶ καὶ γνώριμος ἐστι τοῖς πολλοῖς, μεταθεὶς τὸ χαρακτῆρα τῆς ἀφελέκτου μόνον.

„ Κροῖσος ἦν Λυδὸς μὲν γένος, παῖς
„ δὲ Ἀλυάττου, τύραννος δὲ ἐθνῶν
„ τῶν ἐντὸς Ἅλυος ποταμοῦ· ὃς ῥέων
„ ἀπὸ μεσημβρίας, μεταξὺ Σύρων
„ τε καὶ Παφλαγόνων ἐξίησι πρὸς
„ βορέαν ἄνεμον, εἰς τὸν Εὔξεινον
„ καλούμενον πόντον.

tione alia videatur, præstò est cuilibet considerare volenti. Assumam autem ex Herodoti dictione principium historiæ; quandoquidē multis autor iste notus est, charecterem tantùm dialecti immutabo.

Crœsus genere quidem fuit Lydus, patre autem Halyatto: earum verò nationum tyrannus quæ intra Halym amnem sunt: qui à meridie Syros ac Paphlagones interfluens, contra ventum Aquilonem in mare quod vocant Euxinum evolvitur.

Μεταθήσω τῆς λέξεως ταύτης τὴν ἁρμονίαν καὶ γνήσεταί μοι ἐκεῖνο ἐπαγωγικὸν τὸ πλάσμα, οὐδὲ ἱστορικόν, ἀλλ' ὀρθὸν μᾶλλον καὶ ἀγώνιον.

Transponam dictionis huius iuncturam: statimq; fiet non iam connexio continuata neque historica: sed potiùs simplex & inellaborata.

Κροῖσος ἦν ὁ μὲν Ἀλυάττου, γένος δὲ Λυδὸς, τύραννος ὢν τῶν ἐντὸς Ἅλυος ποταμοῦ ἐθνῶν, ὃς ἀπὸ μεσημβρίας ῥέων, μεταξὺ Σύρων καὶ Παφλαγόνων εἰς τὸν Εὔξεινον καλούμενον πόντον ἐκδίδωσι πρὸς βορέαν ἄνεμον.

Οὗτος ὁ χαρακτὴρ οὐ πολὺ ἀπέχειν ἂν δόξειε τῶν Θουκυδίδου λεγομένων.

Hic character non multum differre videtur ab his Thucididis.

„ Ἐπίδαμνός ἐστι πόλις ἐν δεξιᾷ
„ εἰσπλέοντι τὸν Ἰόνιον κόλπον. πρὸς
„ οἰκοῦσι δὲ αὐτὴν Ταυλάντιοι
„ βάρβαροι, Ἰλλυρικὸν ἔθνος.

Epidamnus est urbs ad dextram sita navigantibus Ionium sinum versus: cui finitimi sunt Taulantij barbari, gens Illirica.

Πάλιν μεταλλάξας τὴν λέξιν, ἑτέραν αὐτῇ μορφὴν ἀποδώσω, τόνδε τρόπον τοῦτον.

Rursus transmutans hanc ipsam dictionem, aliam ei formam dabo in hunc modum.

Ἀλυάττου μὲν ἦν ὁ Κροῖσος, γένος δὲ Λυδὸς τῶν ἐντὸς Ἅλυος ποταμοῦ τύραννος

τύραννος ἐθνῶν, ὃς ἀπὸ μεσημβρίας ῥέων, Σύρων τὲ καὶ Παφλαγόνων μεταξὺ πρὸς βορέαν ἔξεισιν ἄνεμον εἰς τὸν καλούμενον πόντον Εὔξεινον.

Ἡγησιακόν τὸ σχῆμα τοῦτο τῆς συνθέσεως, μικρόκομψον, ἀγενὲς, μαλθακόν. τούτων γὰρ τῶν λήρων ἱερεὺς ἐκεῖνος ἀνὴρ, τοιαῦτα γράφων.

Ἐξ ἀγαθῆς ἑορτῆς ἀγαθὴν ἄγομεν ἄλλην·
Ἀπὸ Μαγνησίας εἰμὶ τῆς μεγάλης Σιπυλεύς.
οὐ γὰρ μικρὰν εἰς Θηβαίων ὕδωρ ἔπτυσεν ὁ Διόνυσος.
ἡδὺς μὲν γὰρ ἐστι, ποιεῖ δὲ μαινεσθαι.
Ἅλις ἔστω τῶν παραδειγμάτων.

ἱκανῶς γὰρ οἴομαι πεποιηκέναι φανερὸν ὃ προὔκειτό μοι, ὅτι μείζονα ἰσχὺν ἔχει τῆς ἐκλογῆς ἡ σύνθεσις. καὶ μοὶ δοκεῖ τις οὐκ ἂν ἁμαρτάνειν εἰκάσας αὐτὴν τῇ Ὁμηρικῇ Ἀθηνᾷ. ἐκείνη τὲ γὰρ τὸν Ὀδυσσέα τὸν αὐτὸν ὄντα ἄλλοτε ἀλλοῖον ἐποίει φαίνεσθαι, τοτὲ μὲν ῥυσὸν καὶ μικρὸν καὶ αἰσχρὸν,

Πτωχῷ λευγαλέῳ ἐναλίγκιον, ἠδὲ γέροντι.

Τοτὲ δὲ τῇ αὐτῇ ῥάβδῳ πάλιν ἐφαψαμένη,

Μείζονά τ' εἰσιδέειν, καὶ πάσσονα θῆκεν ἰδέσθαι.

- καθ δὲ κάρητος Οὔλας ἧκε κόμας ὑακινθίνῳ ἄνθει ὁμοίας·

Talis quidem figura collocationis est Hegesiaca: parum compta, ignobilis, mollis: inter eiusmodi enim nugas sacer ille vir versabatur, cùm talia scriberet.

Ex bona solennitate bonam aliam ducimus.
A Magnesia sum magna Sipileus.
Nec enim paruam in Thebanorum aquam expuit Dionysius.
Dulcis quidem est, facit autē insaniam.

Satis sit exemplorum: existimo enim me copiosè demonstrasse id, quod proposueram; videlicet maiorem vim habere Collocationem verborum, quàm delectum. Et mihi quidem non peccare videbitur, qui eam Homericæ Mineruæ similem dixerit. Quemadmodum enim illa eundem Vlyssem aliâs alium videri faciebat, nunc rugosum, paruū, turpem,

Pauperi tristi similem, atque seni:

nunc déinde vbi virga eum tetigerat:

Maioremque videri & pinguiorem aspectui obtulit.
- - - - *Et de capite*
Purpureas demisit comas hyacinthino flori similes.

ἅυτη τε, τὰ αὐτὰ λαμβάνουσα ὀνόματα, τοτὲ μὲν ἄμορφα καὶ πτωχὰ καὶ ταπεινὰ ποιεῖ φαίνεσθαι τὰ νοήματα, τοτὲ δὲ ὑψηλὰ καὶ πλούσια καὶ ἁδρὰ καὶ καλὰ. καὶ τούτῳ μάλιστα διαλάττει ποιητής τε ποιητοῦ, καὶ ῥήτωρ ῥήτορος τῷ συντιθέναι δεξιῶς τὰ ὀνόματα.

Veterũ de Collocatione verborũ doctrina.

Τοῖς μὲν οὖν ἀρχαίοις ὀλίγου δεῖν πᾶσι πολλὴ ἐπίδοσις ἦν αὐτοῦ· παρ' ὃ καὶ καλά εἰσιν αὐτῶν τὰ μέτρα καὶ τὰ μέλη, καὶ οἱ λόγοι. Τοῖς δὲ μεταγενεστέροις οὐκέτι, πλὴν ὀλίγων. χρόνῳ δὲ ὕστερον παντάπασιν ἠμελήθη. καὶ οὐδεὶς ᾤετο δεῖν ἀναγκαῖον αὐτὸ εἶναι, οὐδὲ συμβάλλεσθαί τι τῷ κάλλει τῶν λόγων. Τοιγάρτοι τοιαύτας συντάξεις κατέλιπον, οἵας οὐδεὶς ὑπομένει μέχρι κορωνίδος διελθεῖν, φύλαρχον λέγω καὶ Δοῦριν καὶ Πολύβιον, καὶ Σάωνα, καὶ τὸν Καλαντιανὸν Δημήτριον, Ἱερώνυμόν τε καὶ Ἀντίλογον, καὶ Ἡρακλείδην, καὶ Ἡγησίαν Μάγνητα, καὶ ἄλλους μυρίους· ὧν ἁπάντων τὰ ὀνόματα εἰ βουλοίμην λέγειν, ἐπιλείψει με ὁ τῆς ἡμέρας χρόνος. καὶ τί δεῖ τούτους θαυμάζειν, ὅπου γε καὶ οἱ τὴν φιλοσοφίαν ἐπαγγελλόμενοι, καὶ τὰς διαλεκτικάς

Similiter etiam Collocatio, ijsdẽ verbis assumptis, aliquando sententias informes, humiles, ieiunas, facit videri: aliquando verò sublimes, copiosas, validas & elegantes. Et quidem pòéta à pòéta, orator ab oratore, collocatione verborum bona differre videtur.

Antiquis propemodum omnibus magnæ illa curæ fuit: vnde etiam illorum carmina, modulationes, & orationes, sunt elegantes: recentioribus verò paucis exceptis, non adeo: deniq́ue temporibus consequentibus, omnino neglecta est: nullusq́ue prorsus existimabat, Collocationem necessariam esse, quidpiámue ad orationis pulchritudinem conferre. Itaq́ue eiusmodi structuras reliquerunt, quales nemo sustinuerit ad finem vsq; narrando persequi. Dico autẽ Phylarchum, Durim, Polybium, Saonem, Calantianum, Demetrium, Hieronymum, Antilogum, Heraclidem, Hegesiam Magnetem, & alios infinitos: quorũ omniũ si vellem proferre nomina, dies me priùs deficeret. Verùm quid opus eos admirari, vbi etiam hi qui Philosophiã profitentur, & de Dialecticis disserunt disciplinis, adéo

illustrarent, itidem ipse faciendum putaui; vt Dionysium non solùm Latinè loquentem & præcepta tradentem exhiberem: sed præceptis, Latina etiam exempla quòad fieri posset accomodarem: ne omnino in Latino sermone Græcorum industria desideraretur: aut cùm in Latina conuersione, sententiis expressis Verborum Collocationis via ac ordo seruari non posset, à Græcæ linguæ ignaris, minùs intelligerentur.

Exempla

EXEMPLA LATINA

Græcis Dionysii respondentia.

Pag. 8. versu 20. Τὼ δ' ἀυτ' ἐν κλισίης) Virgilius etiam res humiles pari elegantia conscripsit Georg. 2.

Nec non Ausonij Troiâ gens missa coloni
Versibus incomptis ludunt, risuq; soluto:
Oraq; corticibus sumunt horrenda cauatis.
Et te Bacche vocant per carmina lata, tibiq;
Oscilla ex alta suspendunt mollia pinu.

Aen. quoq; lib. 5.

- - - - Leui cum sanguine Nisus.
Labitur infelix, casis vt fortè iuuencis.
Fusus humum, viridesq; super madefecerat herbas.

Et infra.

Et simul his dictis faciem ostentabat, & vdo.
Turpia membra fimo: risit pater optimus olli.

Pag. 11. vers. 17. Τύγη οὐ γὰρ σε δοκῶ) Pari verborum suauitate, & elegantia Collocationis, ea quæ in operto fuerunt T. Liuius lib. 9. Dec. 4. descripsit. *Scortum*, inquit, *nobile libertina Hispala Fecenia, non dignæ quæstu, cui ancillula assueuerat, etiam postquam manumissa erat, eodem se genere tuebatur. huic consuetudo iuxta vicinitatem cum Ebutio fuit, minimè aut adolescentis aut rei aut famæ damnosa. vltrò enim amatus appetitusq; erat: & malignè omnia præbentibus suis, meretriculæ munificentia sustinebatur. quin eò processerat consuetudine capta: vt post patroni mortem, quia in nullius manu erat: tutore à Tribunis & Prætore petito, cùm testamentum faceret, vnum Ebutium institueret hæredem. Hæc amoris pignora cùm essent, nec quicquam secretũ alter ab altero haberent, per iocum adolescens vetat eam mirari, si per aliquot noctes secubuisset: religionis se causa, vt voto pro valetudine sua facto liberetur, Bacchis initia ri velle. Id vbi mulier audiuit, perturbata, Dij meliora, inquit, mori & sibi & illi satius esse, quàm id faceret: & in caput eorũ detestari minas periculaq;, qui id suasissent. Admiratus cùm verba, tùm perturbationem tan-*

tam adolescens parcere execrationibus iubet: matrem id sibi assentatricem vitrico imperasse &c.

Cic. in Orat. pro Milone *Milo autem cùm in Senatu fuisset eo die, quòad Senatus dimissus est: domũ venit, calceos & vestimenta mutauit, paullulùm dum se vxor (vt fit) comparat commoratus est: deinde profectus est id temporis.*

Fol. 13. ver. 20. Αλλ' ἐχον ὥστε.) Exemplis his vtitur etiam Hermogenes de Ideis. Sed vt Dionysius Homeri versus alio genere carminis immutat, vt vim Collocationis ostendat: ita nobis facere liceat, in Virgilio, cuius carmina ex Aen. lib. 8. Ithiphalica faciamus. Sunt autem hæc.

Inde vbi prima quies medio iam noctis abacta

Curriculo expulerat somnum: ceu femina primùm

Cui tolerare colo vitam tenuiq; minerua,

Impositum cinerem & sopitos suscitat ignes,

Noctem addens operi, famulasq; ad lumina longo

Exercet penso, castum vt seruare cubile (natos.

Coniugis, & possit paruos educere

Ithiphalica autem erunt hoc modo.

Curriculo veluti noctis medio iam abacta

Fœmina, cui tolerare colo & tenui minerua

Vitam, impositum cinerem suscitat, & sopitos

Ignes, noctem addens operi, famulásque longo, ad

Lumina penso exercet, coniugis vt cubile

Castum seruare, atque educere possit natos.

Fol. 15. ver. 28. ὅλη δὲ ἡ πλέξις) Solutam quoq; orationem quod & ligata, pati posse, vt alia atque alia, mutata collocatione esse videatur Cic. in Oratore docet his verbis.

Quantùm autẽ sit aptè dicere, experiri licet, si aut cõpositi oratoris bene structam collocationem dissoluas permutatione verborum: corrumpatur enim tota res, vt hæc nostra in Corneliana, & deinceps omnia, Neque me diuitiæ mouent, quibus omnes Africanos, & Lælios multi venalitij, mercatores q; superârunt. Immuta paullùm vt sit, multi superarunt mercatores, venalitijq; perierit tota res. Et quæ sequuntur, Neque vestis aut cælatum

aurum

aurũ, & argentum, quo noſtros veteres Marcellos, Maximosq́, multi Eunuchi è Syria, Aegyptoq́ vicerunt. Verba permuta ſic, vt ſit, Vicerunt Eunuchi è Syria Aegyptóque. Adde tertium, Neq́ verò ornamenta iſta villarũ, quibus L. Paullum & L. Mumium, qui rebus his vrbem Italiamq́ omnem referſerunt, ab aliquo video perfacile Deliaco, aut Syro potuiſſe ſuperari. Facita: potuiſſe ſuperari ab aliquo Syro, aut Deliaco: Vidésne, vt ordine verborum paullùm commutato, iiſdem verbis ſtante ſententia, ad nihilum omnia recidant, cùm ſint ex aptis diſſoluta? aut ſi alicuius inconditi arripias diſſipatam aliquam ſententiam, eámque ordine verborum paullùm commutato, in quadrum redigas, efficiatur aptum illud, quod fuerat antea diffluens ac ſolutum? Agè ſume de Gracchi apud Cenſores illud, Abeſſe non poteſt, quin eiuſdem hominis ſit, probos improbare, qui improbos probet. Quantò aptiùs, ſi ita dixiſſet: quin eiuſdem hominis ſit, qui improbos probet, probos improbare? Hoc modo dicere nemo vnquã voluit, nemoq́ potuit quin dixerit.

Pag. 21. ver. 13. ἄνδρα μοι ἔννεπε) Similiter Virgilius Aen. lib. 1. à nomine inchoat.

Arma virumq́ cano.

Et Aen. 11.

Oceanum interea ſurgens aurora reliquit.

Pag. eadem ver. 34. κλῦθί μευ:) Eodẽ modo Virg. à verbo incipit Aen. lib. 7.

Pandite nunc Helicona Deæ cantuſq́ mouete.

Et lib. 1. ----- *dederatq́ comas diffundere ventis.*

Pag. 22. ver. 14. τύπτε δ' ἀπροφάδην.) Virgilius etiam id obſeruauit: nam primùm verba, pòſt aduerbia poſuit: vt Aen. lib. 1.

Perge modò, & quà te ducit via dirige greſſum.

Et ibidem.

Corripuere viam interea quà ſemita monſtrat.

Pag. eadem ver. 27. Βόρευδον δὲ πέτονται.) Etiam Virgilius non obſeruauit verba præponere aduerbiis. vt Aen. lib. 7.

Nunc age qui Reges Erato.

Et lib. 8.

Ocyùs ire equites Thyrrheni ad littora regis.

Pag. 23. ver. 7. Αὖ ἔρυσαν μὲν.) Sic Terentius in Andria ſequitur rerum ordinem, dum dicit.

Effertur, imus, ad ſepulchrum venimus.

In ignem posita est.

Et Virg. Aen. 11.

Dixit, & aurata volucrem Threissa sagitta

Deprompsit pharetra, cornuq; in fensa tetendit

Et duxit longè, donec curuata coirent

Inter se capita, & manibus iam tangeret aquis,

Laua aciem ferri, dextra neruoq; papillam.

Pag. ea. ver. 19. πλῆξιν ἀναχωμένος) Etiam Virgilius hac ὑστερολογίᾳ vsus est, vt Aen. 1.

Et torrere parant flammis, & frangere saxo. Et

Suscepitq; ignem foliis atque arida circùm

Nutrimenta dedit rapuitq; in fomite flammam.

Pag. 27. ver. 16. τῦτο τὸ στοιχεῖον.) Sic etiam Latini Poetæ *Gnatus* pro *Natus*. Virg. *Euandre* pro *Euander*, *Temnere* pro *contemnere*. Sic etiam Cic. synalepha vsus esse videtur. *Cred' ego vos mirari &c.* cùm hîc nulla esse videatur. *Ego omni officio.* Sic *conficere* pro *facere*. *amârunt* pro *amauerunt*. Huius generis sunt Comicorum etiam verba. *Dic sodes, & Apagesis, & Aedepol, & Ecastor.* Etiam Historicorum *Mehercule, medius fidius.* Sic etiam cùm dicitur *Agier aut Agi, Dicier pro Dici.* De transformatione vocabulorum vide Ciceronem in Oratore.

Pag. 29. ver. 6. Ὑμεῖς τε ὦ λακεδαιμόνιοι) Sic Cicero in Oratore L. Crassi dictionem transformat, & ex bona malam efficiens ostendit quæ vis sit Collocationis, his verbis. *Ex hoc genere illud est Crassi. Missos faciant patronos, ipsi prodeant: nisi interuallo dixisset: ipsi prodeant, sensisset profectò effugisse senarium. omninò melius caderet, prodeant ipsi.* Iam verò de industria ex bono facit deterius. *Patris dictum sapiens, temeritas filij comprobauit. Hoc dicho reo tantus clamor concionis excitatus est, vt admirabile esset. Quaro nónne id numerus effecerit? verborum immuta ordinem: fac sic: comprobauit filij temeritas. iam nihil erit.*

Pag. 30. ver. 16. Εἰ τῦτον ἐξήνεγκε τὸν τρόπον.) Simili gradatione per negationem Cic.

12. Philip. vsus est. *Quid enim per Deos immortales potest Reip. prodesse nostra legatio? prodesse dico? quid si etiam obfutura est? obfutura? quid si etiam nocuit?* Si autem ita protulisset *Nostra legatio non poterit prodesse Reip. immò obfutura est & iam nocuit.* vniuersa elegantia corrueret. Similiter 1. Offic. est Gradatio.

Quamobrem tu quidem disces à principe huius ætatis Philosophorũ, & disces quamdiu voles, tamdiu autem velle debebis, quóad te quantùm proficias non pœnitebit. Quod quidem hac simplici forma potuisset proferre. *Quamobrem tu quidem disces à principe Philosophorum huius ætatis quamdiu voles, & quóad te quantùm proficias non pœnitebit.*

Pag. 31. ver. 9. τίς γὰρ οὐκ ἂν ὁμολογήσαι.) Sic pleno orbe vtitur Salust. in bello Iugurtino. *Qui si reputauerint & quibus ego temporibus magistratus adeptus sim: & quales viri idem assequi nequiuerunt: & postea quæ genera hominum in Senatum peruenerint: profectò existimabunt, me magis merito, quàm ignauia iudicium animi mei immutasse.* Plenus est orbis huius sententiæ: verumtamen addidit adhuc duo membra. *maiusq; commodum ex ocio meo, quàm ex aliorum negotiis Reip. venturum.* Etiam verbi fit adiectio: vtapud eundem ibidem. *Verùm ego liberiùs altiusq; processi, dum me ciuitatis morum piget, tædetq;.* postremum verbum additum non solùm sententiam pleniorem facit, sed etiam clausulam reddit numerosiorem.

Et Cic. lib. 3. Accusationis *Nam si potest ista pecunia sine aratorũ iniuria detrahi: Populus R. habeat: præsertim in tantis ærarij angustiis.* hîc vltima verba, adiecta sunt κατ' ἀποσύναψιν.

Item lib. 4. Accusationis *Itaq; hoc nefario scelere concepto, nihil postea tota in Sicilia neque sacri neque religiosi esse duxit.* verbum non necessarium (*neque religiosi*) adiectum est.

Pag. 33. ver. 1. Τίδε δεῖ τὸ παρ.) Cicero eiusmodi etiam conuersione vtitur, rariùs tamen propter nimiam illius elegantiam: vt pro Milone.

Quis eos seruos postulauit? Appius. Quis produxit? Appius. Vnde? ab Appio. Si autem dixisset *Appius*

pius eos seruos postulauit, & produxit. nulla gratia esset.

Et pro Domo sua. *Dico igitur & quàm possũ maxima voce dico.* Nõ haberet autem hanc gratiam si dixisset. *Dico igitur maxima voce.*

Pag. ead. ver. 17. τῆς δὲ ἀφαιρεσέως τίς.) Cic. in Diuinatione vsus est periodo nimis concisa. *Hîc si læsum te à Verre esse dices, patiar & concedam: si iniuriam tibi factam quereris, defendam & negabo.* dicere siquidem Cicero potuit, *defendam Verrem, & negabo tibi esse iniuriam factam.* Et pro Cornelio Balbo. *Quid est, Iudices, non solùm in legibus positum, sed etiam in priuatorum voluntate?* si adiecisset, *positum*, nulla esset orationis suauitas. Periodos eiusmodi Græci μεσουρούς appellant.

Pag. 38. ver. 22. ἡ δὲ διαλλαγή.) Verba hæc existimo in textum Dionysii aliunde irrepsisse.

Pag. 38. ver. 23. διαλέκτου μὲν οὖν) Pronunciationis occulta vis in componendo μέλος id est modulatio dicitur. Melos enim est modulatio vocis suauis quam intentio facit & remissio in certis quibusdam & definitis locis. Hæc intentio aut remissio dicitur Græcis διάστημα latinè spatium. Vox autem triplex est: Cantus, Sermo, & Clamor. Cantus propriè dicitur vox διαστηματική, hoc est spatiis distincta: quæ variè resonando sursum deorsumq; subsistit. cernitur non tantùm in homine sed & in instrumentis musicis. Sermo dicitur vox συγχὴς confusa: hæc continuè & tractim progreditur, ita vt vix signato spacio mox continuò recurrat. Clamor autem μέλος non recipit, nec tono comprehenditur. Spatia hæc διαστήματα dicuntur, tonorum quædam rationes & modi. Quæ licet non apparent adeò in sermone, atq; in cantu: sunt tamen. sed aliter in sermone, aliter in cantu obseruantur, vt Dionysius notat. Intentionem autem & remissionem modulationis syllabarũ in sermone intra diapente, ex quo μέλος nascitur, metiendam esse Rhetores docent. primùm ex quantitate, deinde ex accentu dictionis proprio

prio, tertiò ex natura vocalis argutæ, quartò ex allocutionis forma seu figura sententiæ, quę separatur à dictiõe. Ex quãtitate. nam semper longa eleuatur, breuis deprimitur. Ex acentu. nam & syllabæ breues accentu acuto notatæ eleuantur. Ex natura vocalis. nã vna vocalis longa, longior aliquando fit ex complexu consonantium, similiter breuis breuior: ergo eleuatur longior magis, quàm simpliciter longa. Item vocalis breuis eadem, fit aliquando breuior propter cõplexionem consonantiũ: ideò magis deprimenda, quàm simpliciter breuis. Sed de his aget autor noster cum μέλος in oratione bona explicabit. Porrò allocutiones, suas intensiones & depressiones habenr. Nam interrogatio finalem acuit, vt *Qua spe inimica in gente moraris?* vnde eam Varro casum verbi appellat. Obsecratio circumflectit penultimas, etiamsi breues. vt *Serua me obsecro.* Sic oratio virilis, commota, religiosa, lamentabilis, varia, flexa, flebilis, suauis, intensa, remissa, furibunda, plana, moderata, grauis, magnifica. Nunc examinemus exemplum Euripidis, quo Dionysius vtitur.

Σίγα σίγα λεύκον ἰχνὸς ἀρβύλης τιθεῖτε μὴ κτυπεῖτε.

Ἀπὸ προβατ' ἐκεισ' ἀπόπροθι κοίτας.

Inprimis dicit tres dictiones Σίγα σίγα λευκὸν in vnisono ꝓferri, sine differentia accentuũ: ratio est, quia est oratio virilis cohortans, & habet ab initio syllabarum intentionem, vnde nec accentus valent. Hæc autem dictio λευκὸν etiam in vnisono profertur: quoniam primæ syllabæ longæ sine accentu, posterior breuis cum accentu æqualis est. Similiter & ἰχνὸς. Hæc autem dictio ἀρβύλης duas posteriores acuit: quoniam prima syllaba est sine accentu, media accuitur, etsi sit breuis, propter vltimam longam, vltima etiam acuitur quia longa. Hęc rursus dictio τιθεῖτε etsi mediam circumflectit, tamen quia est adhortantis vox duas posteriores acuit: similiter &

ter & κλυπεῖτε. Porrò ἀπὸ πρόβαλ' perdit ſuum accentum in προ. nam dictionis ἀπὸ vltima ſyllaba longa eſt: propter ſequentes cõſonantes: πρόβαλε autem breuia ſunt: ideò maior ratio in eleuando longę habenda eſt, quàm breuis. Quare vt ex accentu μέλος appareat ommiſſis propriis accentibus in his carminibus, vbi eleuatio aut depreſſio eſſe debeat, ſic annotemus.

Σίγά σίγά λευκόν ἰχνός ἀρβύλης τιθείτε μή κτυπείτε ἀπόπροθεν ἐκείσ' ἀπόπροθι κοίτας. Hæc ſyllabarum eleuatio aut depreſſio intra ſpacium diapente contineri debet. Sed quæ ſyllabæ ſuperiùs aut inferiùs ponantur (nam poteſt ſyllaba longa longior eſſe) quæ ſyllabæ intra diapente vno tono eleuentur, aut deprimantur, quæ deinde ditono, quæ per quartam, quæ per ſemitonium vſq; ad ſummum diapente, iam ſcrupuloſioris inueſtigationis eſt. Author tamen noſter infra cùm de vocalibus ſonoris, medijs, & infimis docet, & de conſonantium generoſitate & ignobilitate tractat: annotare videtur locos modulādi ſermonis intra diapēte. Nam quæ vocales ſonoræ ſuprà, quæ minús ſonantes infra ponentur Hoc idem & de cō, ſonantibus intelligendum. In Latinis etiam eam modulationem conſideremus exemplis. Terentius in Andria.

Iuno Lucina fer opem ſerua me obſecro.

Iſte dialectus intra diapente non continetur: quia vox clamantis potiùs mulierculæ eſt, quam dicentis: habet tamen tonos ſuos. Inprimis tres priores ſyllabæ in vnitono proferuntur: quoniam omnes ſunt lōgæ, nec prima eleuatur, quia eſt oratio erecta. Media in dictione *Lucina* vſq; ad quintam eleuatur: quoniam vox implorantis eſt, tum quia naturâ accentum circumflexum habet. Vltima deprimitur duobus tonis & ſemitonio: quoniam eſt breuis naturâ, longior tamen quàm tres illæ ſyllabæ priores: ideò ſuperior erit illis

tono.

tono. Illa deinde dictio *Fer*, tono inferior est primis tribus syllabis, atq; deprimitur tono sub diapente: quia, vt dixi, magis clamor est quàm sermo, mulierque quàm maximè potest intendit & remittit vocem: deprimitur autem adeò grauiter, quòd neq; consonantes neque vocalem generosam habet. Assurgit tono dictionis prima syllaba, *Opem*, quam posterior tono superat: quoniam O vocalis generosa est sed syllaba *pem*, longior. Porrò tres syllabæ sequentes semitono ascendunt suprà: insurgit enim & mollescit simul oratio. Vltima dictio *Obsecro* deprimit primam syllabam semitono, alteram semitono eodem eleuat, tertiam semitono & tono deprimit: quoniam, vt dixi, obsecratio penultimas attollit etsi breues sint: vnde catalexis illius conuenit cum principio.

Illud etiam *Auratus aries Colchorum*. magnificum & venerandum est, quòd diatonico genere clausulam complet. Horatij illud.

Mæcenas atauis edite regibus

nunc tono, nunc semiditono, nunc ditono, progreditur. Illud præterea.

Lydià díc pèr ómnés
Té Deós órò Sybarím cúr próperâs ámándo Pèrderé

descendit statim ditono, frequētiusq; descendit, & tonum flectit, cum catalexi ditona. Illud verò.

Scribéris Varió fórtis & hostiúm
Víctór Mæónìi cármìnìs á itè
Quám rém cunq; fèróx náuibùs aút èquis
Milés te dùbè géssèrìt.

Hîc hemitonum spacium bis reperyt, deinde semiditonum & toniœum, attollens vltimam in catalexi. Sic Ciceto in Oratione pro Milone. *Etsi vereor, iudices, ne turpe sit pro fortissimo viro dicere incipientem timere.* Nam hucusq; progrediens sistema fecit in diapente: hinc descendit & in eadem horda hæret; præterquā in penultima huius membri, quam semitonio inflexit & deniq; clausula quieuit pentasyllaba. Ad perfectam autem eorum omnium cognitionem

cognoscendi sunt toni videlicet Dorius, Phrygius, Lydius, Sublidius: qui suo more inflectere harmoniam docent. Sed hæc scrupulosiùs persequi nimis operosum.

Pag. 47. vers. 18. ὁ ἀριθμὸς δ' αὐτῶν) Cùm multæ sint opiniones de numero & sufficientia latinarum litterarum: licebit nobis naturam ipsam sequi, nec plures statuere quàm quot Latini statuerũt. Naturâ enim discimus, si principia & originem litterarum scrutemur, nõ plures esse, quàm quas Latini delegere. Quinq; vocales A e i o u, vnam aspirationem h, quatuor mutas molles b d g q, totidemq; tenues b c t k, quatuor liquidas l m n r. vnam semiuocalem s. Aliæ autem literæ si quæ sunt, partim ab his corruptæ, partim compositæ, partim secundùm idioma cuiuscunq; linguæ immutatæ, partim græcæ. Nam s. longo tempore Latini caruerunt, nihilq; aliud est nisi aspiratum p. Porrò x y z Græcorum sunt.

Pag. 48. vc. 5. ἐστὶ δὲ ταῦτα) Septem vocales Græcorum Latini habent α Græcum, a latinum exprimit. ε, latinum e breue, η e longum: ο Græcum o breue latinum: υ u commune latinum, ω o longum latinum: η enim Græcorum duplex e e valet, ω autem duplex o o.

Pag. 49. ver. 1. Αὐτῶν δὲ μακρῶν) A longum non tantùm apud Græcos, sed apud Latinos etiam sonantissimum est. vt *fatum amabant.* Cic. accusat. 6. *Propter est spelunca quædam conuersa ad Aquilonem infinita altitudine.* Apud eundem extant è Trachinijs Sophoclis conuersa carmina, mira suauitate A repẽtia.

Hæc dextra lernam tetram, mactata excetra

Placauit, hæc bicorporem afflixit manum.

Erymanthiam: hæc vastificam abiecit belluam,

Hæc à tartarea tenebricosa extractum plaga.,

Tricipitem eduxit hydra generatum, canem.

Virgil. Aen. 9.

---- *Cristaq; tegit galea aurea rubra.*

Et lib. 7.

Cri-

Crinita iuba galea alta chimeram.

Pag. ead. ver. 6. δεύτερον δὲ τὸ η,) Secundum locum obtinet apud Latinos e longum.

Ouid. *Vt flerent oculos erudiere suos.*

Virg. Aen. 2.

Conticuere omnes intentiq; ora tenebant.

Et Quæ tantæ tenuere moræ.

Et Incubuere mari.

Et O terq; quaterq; beati.

Pag. ead. ver. 9. τρίτον δὲ τὸ ω) Tertium locum obtinet O longum. Cic. *Ego omni officio cæteris satisfacio omnibus.* Et pro Roscio. *Credo ego vos mirari.* Et, *video P. C. in me omnium ora atq; oculos esse conuersos: video vos non solùm de vestro ac Reip. verùm etiam si id depulsum sit, de meo periculo esse sollicitos.*

Virg. Aen. 5.

O nimiũ cælo & pelago confise sereno.

Pag. ead. ver. 13. ἐστὶ δὲ ἧττον τοῦτο) Non inferiorem vim habet v latinorum, sed tum sonantius cùm est longum.

Vt Virg.

Nos patriam fugimus tu Tytire lentus im vmbra.

Pag. ead. ver. 17. Ἔσχατον δὲ πάντων τὸ) I latinum quemadmodum duplex est longum & breue, ita etiam suaue vel in suaue est. I breue minùs suaue est vt *imitari.* cùm longum est, semper est sonans, & tùm præsertim cùm insignis est collocatio.

Vt Virgil.

Vt vidi, vt pery, vt me malus abstulit error.

In perij tantam vim habet littera I. vt ab insequente v non sit absorpta.

Pag. ead. ver. 22. τῶν δὲ βραχέων) E Latinum breue, minùs aures ferit; O autem breue laudatur magis, propter sonum pleniorem & rotundiorem. Exemplum e breuis apud Cic. in Tusc. *Neq; te mei miseret, surge & sepeli natum.* Et Virgil. Aen. 1.

Contigit oppetere.

Pag. 51. ver. 4. ἠδύνει μὲν γὰρ αὐτὴν τὸ λ) Littera L suauis est. Vt Virg. *Qui legitis flores. Et 8.*

Idem Atlas generat, cæli qui sydera tollit.

Contrariam autem naturam l & r obtinent Nam vt r asperum quid, ita l humile denotat ideò res humiles littera l desi-

gnat. vt *Labella, tenella, mollicellũ, ſuauiolum.* Virg. *Luteola* Et Catullus *Turgidulli ocelli.* Virg. *Si quis mihi paruulus aula Luderet Aeneas.* Autor ad Heren. lib. 4. *Qui tuo nomine velis ex aliorum laude libare laudem.*

Pag. ead. ver. 7. Μέσως δ' ἑπτως) M adhibetur vbi res magna vel machina deſcribitur. Virg. *Mollemq́, & montes.* Propter molliciem autem apud Latinos contrahitur : quanquam ſuam grauitatem retinet.

Pag. ead. ver 11. ἄχαοι ὃ καὶ ἀηδὲς τὸ σ.) Ideo propter frequentem repetitionem S non ſatis illa Ciceronis congruunt. *Maiores nos res ſcribere ingreſſos C. Trebati, et iis libris quos breui tempore ſatis multos edidimus, digniores: è curſu ipſo reuocauit voluntas tua.*

Quanquam animaduertitur quoties moderatè ſumitur neque mollem neque barbarum ſonum efficere : ſuauis enim verſus ilie 1. Georg.

Et ſola in ſicca ſecum ſpaciatur arena. Et ille virilis.

Annuus exactis completur menſibus orbis.

Pag. ead. ver. 22. τριῶν ὃ τῶν ἄλλων.) ψ littera apud Latinos non eſt nec ζ: fulciunt tamen hæc duo elementa imitationẽ, quæ à ſimilibus litteris fieri ſolet. Nam vna quæpiam vox in qua ζ ſit, adiuncta aliis vbi S repetitur, illam adiuuat. ψ verò etſi non eſt apud Latinos: tamen eius ſonum imitatur ſyllaba ex duabus conſonantibus P S. vt *Ipſius ante oculos ingens à vertice pontus.* Cùm autem eſt vehemens aliquid exponendum , non P S rectum ponitur ſed etiam inuerſum vt *Hîc ſpecus horrendum & ſaui ſpiracula ditis.* Z. autem Virg. vſurpat *vt Troia gaza per vndas.* Et *nemoroſa Zacynthos.* Et *Liquitur & Zephyro putris ſe gleba reſoluit.* X. etiã non inſuaue vt *Xante retrò propera.* Et *Pabula guſtaſſent Troiæ Xantumq́, bibiſſent.*

Pag. 52. ver. 1. τῶν ὃ καλυμένων ἀφώνων.) Mutæ quia per ſe ſonare non poſſunt, hoc nomẽ ſortitæ ſunt. Harum omnium natura eſt, vt linguam inter pronunciandum remorentur , & quaſi cum faſtidio ſine labore

quo-

quodam vocum ponunciationem efficiãt. Latini autem carent mutis, quæ referant χ & ϑ: quanquam loco χ vtantur c cum aſpiratione vt *Achaica caſtra.* Et ϑ fit apud Latinos ex T & aſpiratione, vt *thorus, thalamus.* Additur vocalis V conſonans facta, quæ etiam mutæ naturam referre videtur. Habent autem & apud Latinos ſimilitudinem inter ſe mutæ. Nam β π φ. ſunt inter ſe ſimilia, tenuitateq; & denſitate differunt. Latini autẽ b p f habẽt: aliquando p cum aſpiratione ponunt & referunt Græcorum φ. Deinde γ κ χ Latinis efferuntur per g c & ch. Tantam autem ſimilitudinem inter ſe G & C. habent vt alterra in alteram tranſeat, vt *Gurgulio Curculio,* Immò & pronũciationis ſimilitudo fallit aliquando aures, vt *Longa canoros.* Et *Pelago confiſe. Et grates perſoluere.* Et *Vmbonũ crates,* Quod apparet itaq; in illo lib. 4. Georg. *Nam frigore mella. Cogit hyems.* Eandem autem vim cõcedere poterimus ipſi C quę eſt G. diſcrimen tamen eſt inter hæc duo elementa, quòd cum G pronuuciamus lingua versùs interiorem partem retrocedit & ſonum ipſius C quodammodo aſpirat. C verò etiam ſi palato proferatur, non tamen lingua intus coit: ex qua retroceſſiõe fieri remorationẽ putandũ eſt. Quoniam autem G & C ſimilia ſunt, Q autem pariter ſimile eſt ipſi C. ſequetur inter Q & C eſſe etiã conuenientiam. Solùm intereſt quòd Q v vocalem ſemper quærit, & hoc facit ſonum etiã paullò differentem. Verùm vbi poſt G etiam v ponitur, vix agnoſci poteſt pronunciationis diſcrimen, vt *linguam, & linquam.* Verùm quòd Q ſimilis ſit ipſi C. ex eo colligere licet, quia nonnulla ſunt nomina quæ in inflexione partim per Q, partim per C variantur: vt *Quis, quem, Cui, Cuius,* Et verba, vt *Sequor ſecutus, alloquor allocutus.* Hinc aliqui *Quottidie* ſcribũt: alij malũt *Cottidie.* quidã *Quũ,* alij *Cùm.* Præterea δ τ θ græcorũ, referunt Latinorum d t th.

Quæ

Quæ autē hîc ab Authore obſeruantur de qualitate harum conſonantium etiam apud Latinos obſeruari poſſunt.

Pag. 53. ver. 30. ἔσαι δὲ τοῦτο φανερὸν) Hoc idem apud Latinos obſeruatur, apud quos breuibus ſyllabis ſunt breuiores & longis longiores. Nam E in dictione *Ego* breuis eſt. ſi addideris r & dicas *rego*, eſt quidem breuis, non tamen ſimiliter. tum ſi adhuc addas vnam conſonantem & dicas *tremo* iam plus eſt additum: quòd ſi dicas *Strepo* prima ſyllaba eſt longior quàm illa quæ breuiſſima eſt. Simìliter longa eſt prima τῆ *Ora*, longior eſt *Os*, longior hac *dos*. porrò longiſſima *Glos*, quòd ſi dicas *Scrobs* omnes illas ſuperabit. Eiuſdem itaq; legis non eandem quantitatem ſyllaba retinet, ſed longior breuiorq; fit additione detractioneque conſonantis, quę vocalem præcedit. Nec immeritò Græci non à ſequente, in plerisque quantitatem, ſed à feriente vocalem litera metiuntur: conſiderantq; non quanta ſit vocalis, ſed quę maioris ponderis & ſoni. Inde A. Gellius minùs intellexit quid Grāmatici doctiſſimi de duobus hiſce verbis. *Dictito & Actito* pronunciarunt: quia non originis aut coniugationis proculdubiò rationem haberi voluerunt, ſed litterarū. Nam in *Actito* latioris litteræ hiatus, primam ſyllabā diutiùs retinet ac remoratur: in *Dictito* autem (quandoquidem linguæ plectrum eodem modo actum, eódem recutit, cumque eiuſdem litteræ ſono in eodem ſitu reperitur) ſine mora & celeri ſeu frequenti motu ſyllabā confecit. Quare longam dixerunt primam in *Actito*, breuem in *Dictito*: non quòd breuis hæc ſit, & vnius temporis ſyllaba, quæ poſitione producitur duarum conſonantium: ſed nō ita longa atq; alia eſt. Quare non tantùm literarum coitione augeſcunt ſyllabæ aut decreſcunt: ſed etiam ipſa vocalium naturâ, vti oſtendimus.

Pag. 56. ver. 17. ἐπὶ μὲν πρόσηνεμων.) Sic Virgil. extendit ſyllabas, frequenti O, rerum extenſionē

tenſionē imitatus. vt Aen lib. 4.

Et fœmineo vlulatu.

Et Aen. 3.

Clamorem immenſum tollit, quo Pontus & omnes Intremuere vndæ.

Et 5. Aen.

Victorem magna Præconis voce Cloantum. Iam verò illud in græco ἐρεθομένης vehementiam & impetum vndarum ſignificat: ρ enim celeritatē notat, Sic Virg.

Intremuere vndæ.

Et lib. 1. Aen.

Rapidus vorat æquore vortex.

Pag. ead. ver. 23. Ἐπὶ δὲ τοῦ τυφλωμένου) Doloris magnitudo & ponderis grauitas oſtenditur ab Homero dictione στεναχων. Nam ε gemitum ſignificat & dolorem. vt Aen. 2.

Eheu quæ me, inquit, tellus quæ me æquora poſſunt Accipere.

Grauitas ponderis exprimitur verbis illis χερσὶ ψηλαφόων. ρ enim & σ coire non poſſunt; vnde mora quædam in alleuando pondere. Sic Virg. Aen. 3. grauitatē percuſſionis expreſſit his verſibus.

Ter ſcopuli clamorem inter caua ſaxa dedere,
Ter ſpumam eliſam & rorantia vidimus aſtra.

Pverò ſignificat perſeuerantiam ſiue ſtudij, ſiue mandati; nā non violento motu fertur. vt Aen. 4. (*Imperio.*

--- *Ille patris magni parêre parabat*

Vbi verò ipſi σ admiſcetur, quædā aſſiduitatis compreſſio atque agitatio denotatur. Vt Æneid. 1.

Ipſius ante oculos, ingens à vertice pontus, In puppim ferit.

Pag. 57. verſu 1. οὐδ' εἴ κεν μάλα.) Celeritatē dactylis expreſſit Homerus. Virg. Æneid. 4. de eodem Apolline.

--- *Turbida tranat.*

Nubila iamq; volans, apicem & latera ardua cernit,
Atlantis duri.

Pag. ead. ver. 6. χρόνῳ μῆκος,) Temporis longitudo. vt Virg. Aen. 1.

Hic iam tercentum totos dominabitur annos. vocali O diduxit tēporis ſpatium. Et 3. Aen.

Interea magnum Sol circumuoluitur annum.

Pag. ead. ver. eod. σώματος μεγέθος) Corporis magnitudo. vt Virg. Aen. 7.

Ipse inter primos præstanti corpore Turnus. Nam ipso P quasi plausum quendam facit, & I eleuationem.

Pag. ead. v. 7. παθους ὑπερβολην) vt Aen. 9. *Excussi manibus radij reuolutaq; pensa.* Et gaudij magnitudo celeritate carminis lib. 9. Aen. exprimitur.

Hæc domus hæc patria est, genitor mihi talia namque.

Pag. ead. v. 15. ἄμβλυδην) Dolor per syllabam βλυ & vocales ο ο ω exprimitur. Sic Virg. 9. Aen. littera L. dolorem notat & gemitum per vocales e, o, u, vt. *Euolat infelix & fæmineo vlulatu Scissa comam.*

Pag. ead. ver. 17 ἡνίοχον ἢ) Exemplum de equis Achillis. Sic Virgil. Æeneid 12.

Aurigam Turni media inter lora Metiscum (relinquit.
Excutit, & longè lapsum temone

Pag. 58. ver. 4. ῥοχθεῖ γὰρ μέγα) Sic Virgil. fluctum fremẽtem exprimens, vtitur litera r.

Tres Notus abreptas in saxa latẽtia tortque.

Pag ead. ver. Αὐτοςδὲ) Similiter Virg. de colũba. Æn. 5.

Illa Notos atque atra volans in nubila fugit.

Pag. ead. ℣. 8. Αἰγιάλῳ) Sic Virg. libr. 1. tempestatem furenrem exprimit.

--- *His vnda dehiscens.*
Terram inter fluctus aperit, furit æstus arenis.

Pag. ead. ver. 10. Σκέπτετ') Virg lib. 5. *(gilantibus exit.*
Corpore tela modò, atque oculis vi-

Pag. ea. ver. 17. ὑφ' ὧν ἐδιδάχθημεν) Animalibus voces ita attributæ sunt, vt naturam eorum exprimere videantur. Vnde ceruorum est, *bardire & rugire.* Gloss. ἔλαφος κράζει, *bardit & rugit.* Varro aboriginibus. *Mugit bos: ouis, balat: equi, hinniunt: gallina, pipat: grunit sus, lepido lacte satur molâ mactatus porcus.* Ælius Spartianus in Getæ vita. *Familiare illi fuit has quæstiones Grammaticis proponere, vt dicerent singula animalia, quomodo vocem emitterent, velut: agni, ballant: porcelli, grunniunt: palumbes, minuriũt: vrsi, sæuiunt: leones, rugiunt: leopardi, rictant: elephanti, barriunt: ranæ, coaxant: equi, hinniunt: asini, rudũt: tauri, mugiunt.* Sic etiam dices, hirun-

hirundines *fritinnire*: coruos, *crocitare*: turtures, *gemere*: lupos *vlulare*: vt & caninum genus, cui etiam atribuitur *nictare*, *latrare*, *gannire*, *hirrire*, *ringere*. Asini, *rudunt*: hirci, *hirquitalliunt*: *ganniunt* vulpes: cigni, *drensant* anseres, *gingriunt*: camelli, *blaterant*: gallinæ, *glociunt & glociãt*: milui, *iugerunt*: grues, *gruunt*: minutæ aues, *minuriunt*: vt Festus docet.

Pag. 60. ver. 11. ἡ δ' ἴεν ἐπὶ θαλάμοιο) Sic Virgil 1. Æneid.

Regina ad tẽplum formâ pulcherrima Dido
Incessit, magna iuuenum stipante caterua.

Qualis in Eurota ripis, aut per iuga Cynthi
Exercet Diana choros.

Et Aneid. 10. (*ostro,*

Indum sanguineo veluti violauerit
Si quis ebur, vel mista rubent, vbi lilia multa (*colores.*
Alba rosâ: tales virgo dabat ore

Pag. 61. ver. 1. Σμερδαλέος δ') Sic Virg. Æneid. 12.

Sanguineus Mauors clypeo increpat, atque furentes
Bella mouens, immittit equos. Et
Iraq́ insidiaq́ Dei comitatus aguntur. Et 10.

Quem pius Æneas dictis affatur amaris. Et Æneid. 8.

Parte alia Marti currumq́ rotasq́ volucres.

Instabant: quibus ille viros, quibus excitat vrbes:
Ægidaq́ horrificã, turbatæ Palladis arma:
Certatim squãmis, serpentum auroq́ polibant:
Connexosq́ angues, ipsamq́ in pectore Diuæ
Gorgona: desecto vertentem lumina collo.

Pag. cad. vers. 13. ὡς δ' ὅτε χειμάῤῥοος) Virg. Æneid. 10.

-- Torrentis aquæ vel turbinis atri
More furens. Et Æneid. 2.
Non sic aggeribus ruptis, cùm spumeus amnis (*moles:*
Exijt, oppositasque euicit gurgite
Fertur in arua furẽs cumulo, camposq́ per omnes
Cum stabulis armenta trahit.

Pagin. cad. vers. 24. Δεινὸν δ' ἀμφ' Ἀχιλῆα) Sic Vir. Æne. 10. de naue Tarchontis.

Soluitur atque viros mediis exponit in vndis,
Fragmina remorum quos & fluuia transtra
Impediunt, retrahitq́ pedes simul vndare labens.

Pagin. 62. ver. 3. Σὺν δὲ δύω μάρψας) Virg. Æneid. 3.

Vidi egomet duo de numero, cùm corpora nostra

Prensa manu magna, medio resupinus in antro

Frangeret ad saxum, sanieq; aspersa natarent

Limina: vidi, atro cùm membra fluentia tabo

Manderet, & tepidi tremerent sub dentibus artus. Et Æneid. 1.

Ipsum expirantem transfixo pectore, flammas

Turbine corripuit, scopuloq; infixit acuto.

Pag. 63. ℣. 22. Βοιωτῶν μὲν Πηνέλεως) Sic Virg. Georg. 4.

-- *Eam circùm Milesia vellera Nymphæ.* (*lore.*

Carpebant hyali saturo fucata colore.

Drimoq;, Xanthoq;, Ligeaq; Phyllodoceq;

Cæsariem effusæ nitidam per candida colla

Nessæe, Spioq; Thaliaq; Cymodoceq;,

Cydippeq;, & flaua Lycorias: altera virgo,

Altera tùm primos Lucinæ experta labores.

Clioq; & Beroë soror Oceanitides ambæ,

Ambæ auro, pictis incinctæ pellibus ambæ

Atque Ephyre, atque Opis, atque Asia Dëiope,

Et tandem positis velox Arethusa sagittis. Et Æneid. 2.

Thyssandrus, Sthenelusq;, duces, & dirus Vlysses,

Demissum lapsi per funem: Athamasq;, Thoasq;,

Pellidesq; Neoptolemus, primusq; Machaon,

Et Menelaus, & ipse doli fabricator Epeus. Et lib. 7.

Vna ingens Amiterna cohors, priscique Quirites (*tuscæ,*

Ereti manus omnis, oliuiferæq; Mu-

Qui Nomentum vrbem: qui Roscea rura Velini,

Qui Tetricæ horrentes rupes, mõtémque Seuerum

Casperiámque colunt, Forulósque & flumen Hymellæ,

Qui Tyberim, Fabarimq; bibunt: quos frigida misit

Nursia, & Hortinæ classes populiq; Latini,

Quosq; secans infaustum interluit Allia nomen.

Pag. 65. ver. 13. λέγε δέσυ) Simile carmẽ ex pyrrhichys apud Marium Victorinũ lib. 3.

Id agite, peragite celeriter.

Pag. ea. ver. 20 Πόιων δὴθ' ὁρμάσω) Sic ille versus Ennij ex puris spondeis.

Olli respondit Rex longaï Albaï.

Et Lucretij libr. 6.

An cœlum nobis naturam intrò coruptam.

Pag. ead. ver. 30 ἐπεὶ σχολὴ) Horat. Epod. 2.

Beatus ille, qui procul negotijs.

Pag. 66. ver. 2. θῦμε θῦμε) Exemplum trocheorum erit in illo carmine Marij Victorini. lib. 1. *Roma Roma cerne, quanta sit Deûm benignitas.* Et lib. 2.

Phœbe, tu lyra sonante, flecte corda cum sorore canticisque.

Pag. ead. ver. 13. βρόμιε δορατόφορε) Apud eundẽ sunt tribraches seu proceleusmatici, in his.

Nemus aue reticuit, ager homine sonat. Item.

Perit, abit auipedis amimula leporis.

Pag. ea. ver. 23. ὦ Ζηνὸς) Molossi in hoc carmine apud eundem, eodem libro.

Ite ô Parcæ primores faustæ, nunc Parcas ducentes.

Pag. 67. ver. 3. Ἴακχε διθύραμβε) Sic illa apud Virgil. ex Amphibrachis constabunt.

Ab vrbe, domũ mea carmina ducite Daphnim.

Pag. ead. vers. 12. βαρύμοι) Cicero anapęstis vtitur.

Tibi caussam aliquam reditus darem.

Purum anapæsticum apud Marium Victorinum tale est.

Nitet aurea purpureæ Veneris coma roscida, lactea ceruix.

Pag. ead. ver. 22. Ἰλιόθεν με) Ex dactylis illud Virg. constat.

Ac tuba terribilem sonitum procul ære canoro. Et illud.

Sed fugit interea, fugit irreparabile tempus.

Pag. 68. ver. 15. Οἱ δ' ἐπείγοντο) Sic cretici apud Terentium in Andria: licet quarto in loco resoluatur.

Tum coacti, necessariò se aperiunt & timent.

Pag. ead. ver. 17. Εὰν δὲ τὴν ἀρχὺν) Rufin. de metris comicis. *Ful. Carisius de numeris Comicis sic dicit, Bacchium metrum tale est.*

Bacchare lætare præsente Frontone.

Porrò exemplum antibachy habes apud Marium Victorinum, lib. 2. in hoc carmine, sed tantùm in primis tribus pedib.

Ab Euro sonorum, quis Aetnæ per maria.

Pag. 70. ver. 19. Οἱ μὲν πόλ-

 λοι τῶν

καὶ τῶν ἐνθάδε) Apud Liuium primam periodum elegantissimam dicere possumus, propter pedes ex quibus conficitur elegantes. Nam etsi quidam, non ádmodum videantur exornare orationem: tamen adeò quorundam bonitate vincuntur, vt non appareant. Est igitur principium hystoriæ eius. *Facturáne operæpretium sum: si à primordio vrbis res Populi Rom. præscripserim, nec satis scio, nec si sciam dicere ausim. quippe qui cùm veterem tam vulgatã rem esse videam: dum noui semper scriptores, aut in rebus certis allaturos se, aut scribendi arte rudem vetustatem superaturos credunt.*

Periodus hæc elegantissimis pedibus constat. Primũ membrum duodecim pedes continet. Primus est spondeus grauis & honorandus: alter (non collisis vocalibus) dactylus pulcher & splendidus: tertius amphibrachis, qui mollis quidem sed à sequenti hypobachio, qui grauis & magnificus est excipitur, duobus spondeis consequentibus, cum hypobachio, deinde & spondeo: sequitur deinde anapęstus, quẽ venerandum & amplitudini aptissimũ dixit Dionysius: hunc duo spondei, cum vltimo cretico, quem generosum author docet, consequũtur. Alterum membrum. *Nec satis scio nec si sciam dicere ausim.* Hic quinque pedes contineri videas. Primus est creticus, alter hypobachius, tertius creticus, quartus dactylus, quintus spondeus. Ad finem periodi, vigintiquatuor pedes numerantur, omnes elegantes quatuordecimo excepto. Horum primus est creticus, alter dactylus: tum duo spondei: quintus bachius qui virilis censetur, sextus dactylus cum spondeo septimo, octauus hypobachius cũ quatuor sequentibus spondeis: tredecimus est bacchius: quatuordecimus tribrachis, sed à quinque spondeis sequentibus obscuratur: vigesimus & vigesimus primus sunt hypobachy, vigesimus secundus est dactylus, vigesimus tertius est molossus, summæ dignitatis & amplitudinis: vltimus spondeus.

Pag. 72. ver. 3. ἔργῳ μὲν ἡμῖν) Sallustius in bello Catilinario. *Omnes homines qui sese student præstare cæteris animalibus, summa ope niti debent ne vitam silentio transeat: veluti pecora, quæ natura prona, atq; vẽtri obediẽtia finxit.* Periodo hac viginti tres pedes cõtinentur. Primus spondeus, alter anapæstus, tertius spondeus, quartus creticus, quintus bacchius, sextus dactylus, septimus anapæstus, octauus hypobachius, nonus dactylus, decimus bachius: vndecimus cum duodecimo spondei, tredecimus amphibrachys: hunc sequitur spondeus, quem denuo duo amph brachy. Hic quoq; nullus pes est qui grauitatem orationis impediat. Rufinus lib. de metris comicis. *Sallustianæ periodi metros inspiciamus.* Res popu- *dactylus*, li Romani, Marco, *tres spondei*: Lepido, *anapæstus*: Quinto Catulo, *spondeus, & anapæstus*: Consulibus: *Pæan primus*, ac deinde *dichoreus siue ditrocheus*: militi- *dactylus*: æ domi, *creticus*: gestas, *spondeus*: composui, *choriambus ex longa & breui, & breui & longa.*

Pag. 73. ver. 7. ἢ παρέλασσεν) adhibet carmẽ Homeri ex Iliad. ψ Quod etiam Virg. 5. Aen expressit. *Transeat elapsus prior ambiguúmue relinquat.*

Pag. ead. ver. 19. ἑνὸς ἔτι παραθήσομαι Demostheni Ciceronem opponamus, qui orationem post reditum ad Senatũ à grauissimis pedibus inchoat. Eius itaque prima periodus est. *Si Patres conscripti pro vestris immortalibus in me fratremq; meum liberosq; nostros meritis parùm cumulatè gratias egero.* In hoc primo membro pedes præstantissimi quindecim sunt. Primi tres molossi, quartus spondeus, quintus dactylus, hunc sequitur spondeus cum bacchio, mox amphibrachy duo, quos excipit spondeus cum anapæsto: rursus amphibrachis cum hypobachio, ad extremum duo cretici. Alterum mẽbrum. *Quæso obtestorq; ne meæ naturæ potiùs, quàm magnitudini vestrorum beneficiorum id tribuendum putetis.* In hoc mẽbro sunt pedes tredecim. Primi duo spondei, tertius creticus, quartus hypobacchius, quintus bacchius, hũc sequitur hypobacchius, mox creticus cũ

hypo-

hypobacchio, hunc sequitur bacchius. decimus est tribrachis, sed bonitate aliorum pedum obscuratur: vndecimo loco ponitur creticus, duodecimo anapęstus. Hos claudit dichoreus familiaris Ciceroi. Sic in oratione pro Milone. *Etsi vereor Iudices, ne turpe sit, pro fortissimo viro dicere incipientem timere.* Primus pes spondeus est, secundus anapæstus, spondeo par inieruallo, nō syllabis: tertius amphimacrus, vtroq; grauior: quartus rursum spondeus: quintum locum tenet iambus, sexto loco spondeus, septimo iterū amphimacrus: octauo iambus secundus: nono, amphimacrus tertius: decimo, tertius anapæstus. omnes pedes nobiles & generosi.

Pag. 75. ver. 3. οἷς δὲ μὴ ἐγένετο) Quod Dionysius in Hegesia ostendit exemplum ineptæ collocationis, etiam in Latino hystorico Hegesippo ostendi potest, quanquam in alio affectu. Nam apud hunc equis distrahitur rex viuus: apud illum autem mater deplorat filium, quem putauit interfectum. Hunc ergo affectū ita describit lib. 5. de excidio vrbis Hierusalem Cap. 23. *Comperto mater filij sui vulnere, & insultantiū latronum consternata vocibus, mortis eius formidinem simul & fidem induit: miserabiliter quoque deplorare occæpit, ad hos fructus fœcūditatis se reseruatam, vt nec officio viuentis filij potiretur, nec sepeliret defunctum. Voti quidem sui fuisse, vt ipse potius matri sepulturam daret: inter eius manus supremum exhalaret spiritum. Ille frigidos artus deficientis foueret, ille vltimos ore anhelitus legeret, ille oculos morientis clauderet, ille spirantia adhuc ora componeret. Sed quia voto exciderat, solatium fuisse, si vel ipsa interesse potuisset filij morientis supremis. Miserabili quidem sorte, sed tolerabili tamen, vt quem superstitem optauerat, eius vel funus teneret. Verumtamen vel de muro, inquit, spectare mihi mea funera liceat: & si contingere non licet, vtinam quidem nemo arceret. Sed quem metuam tanto destituta filio? Quid pertimescam, cui beneficium est mori? vtinam in me tela sua omnes contorqueant, omnes gladij me transfigant, quod viuēs non potui, saltem filij mei corpus veste mea protegam. Abundat vnius vestimentum*

mentum ad sepulturam duorum : & fortasse quisquam hostium miserebitur, vt amictu filij matris oculos tegat, & oculos oculis, manus manibus, ori ora connectat. Proripiens itaq; se admuros, cælum ipsum miserabili questu replebat. Insultabant sui, flebant Romani: apud socios crudelitas, apud hostes misericordia. Figite (inquit) me, si qua est pietas, ego genui, quem persequendum putatis. Ego infelicia vbera dedi, me extinguite, si de illo vindictam quaritis. Eundē affectū Virgilius quanta suauitate protulerit lib. Aen. 9. legenti conspicuum erit.

Interea pauidam volitans pennata per vrbem
Nuncia fama ruit, matrisq; adlabitur aures
Euryali: ac subitus miseræ calor ossa reliquit.
Excussi manibus radij, reuolutáque pensa:
Euolat infelix, & fæmineo vlulatu,
Scissa comam, muros amens atque agmina cursu
Prima petit: non illa virûm, non illa periclî,
Telorúmque memor: cælum dehinc questibus implet.
Hunc ego te Euryale aspicio? túne ille senectæ.
Sera mea requies? potuisti linquere solam
Crudelis? nec te sub tanta pericula missum,
Affari extremùm, misera data copia matri?
Heu, terra ignota, canibus data præda Latinis:
Alitibúsque iaces, nec te tua funera mater
Produxi, pressíue oculos, aut vulnera laui,
Veste tegens: tibi quam noctes festina diésque
Vrgebam, & telâ curas solabar aniles.
Quò sequar? aut qua nunc artus, auulsáque membra,
Et funus lacerum tellus habet? hoc mihi de te
Nate refers? hoc sum terraq; marique secuta.
Figite me, si qua est pietas: in me omnia tela
Conijcite. ô Rutuli: me primam absumite ferro.
Aut tu magne pater diuûm miserere, tuóque
Inuisum hoc det rude caput sub tartara telo:
Quando aliter nequeo crudelem abrumpere vitam,
Hoc fletu concussi animi, mœstúsque per omnes,
It gemitus.

Pag. 78. ver. 13. Ἥρα καὶ Ἕκτορα) Eundem affectum Virg. expressit lib. 2. Æneid.

Tempus erat, quo prima quies mortalibus ægris (pit.
Incipit, & dono diuûm gratissima ser-
In somnis, ecce ante alios mœstissimus Hector
Visus adesse mihi, largósque effundere fletus, (ento
Raptatus bigis vt quõdã, atérque cru-
Puluere, perq; pedes traiectus lora tumentes.
Hei mihi, qualis erat, quantùm mutatus ab illo
Hectore, qui redit exuuias indutus Achillis,
Vel Danaûm Phrygios iaculatus puppibus ignes.
Squallentem barbã, & concretos sanguine crines,
Vulneráque illa gerens, quæ circùm plurima muros
Accepit patrios.

Pag. 82. ver. 6. ἡ δὲ πεζὴ λέξις) Numerum atque concentum ad amussim examinari, veteres in solo carmine & poëmate voluerunt, non item in sermone. Caussa fuit, quoniam in illis totum hoc quærebãt, quod Græci dicunt ἔμμελες & ἔῤῥυθμον. In oratione itaq; soluta, non cernitur hæc harmoniæ perfectio: sed tamen obscurè adhibetur. Hæc diligentia cùm commendetur à Dionysio in Græcis, in Cicerone etiam obseruari potest. Proponamus igitur loco exempli verba hæc, ex oratione pro Milone. *Est enim hæc, Iudices, non scripta sed nata lex, quam nõ didicimus, accepimus, legimus: verùm à natura ipsa arripuimus, hausimus, expressimus, ad quam non docti sed facti, non instituti sed imbuti sumus.* In hoc exemplo quatuor metaboles concinnitatis partes obseruare poteris, si paullùm ordinem mutaueris, erit enim strophe. *Hanc non didicimus, accepimus, legimus:* sequitur antistrophe principio similis. *Verùm à natura ipsa arripuimus, hausimus, expressimus.* postea sequitur extensio. *Ad quam non docti, sed facti: non instituti, sed imbuti sumus.* clauditur epiphonemate, tanquam epodo. *Hæc enim lex, Iudices, non scripta, sed nata est.* Huius ergo loci in hunc modum disposita concinnitas, quatuor metaboles partes habebit manifestas.

Pag. 84. ver. 13. Ὁμολογεμένως δὴ παρὰ) Decorum positū est, vel in sermone moribus, personæ idoneo, scilicet vt temerè loquatur puer, sollicitè mater, perturbatus exclāet: vt

Namq; vt conspectu medio turbatus inermis (na circumspexit.
Constitit, atque oculis Phrygia agmina Heu, quænūc tellus, inquit, quæ me æquora possunt
Accipere.

Vel in apta compositione verborum, quasi res ipsa ante oculos habeatur: non solùm enim personæ moribus, necesse est conuenire dictionem, sed etiam rebus.

Pag. 85. ver. 21. Ὃ ποιεῖν εἰωθεν ὁ δαιμονιώτατος) Hoc idem πρέπον in Virgilio videre possumus. Examinemus enim eadē formā aliquot exempla, & primò ex lib. 2. Æneid.

-- Scandit fatalis machina muros,
Fœta armis.

hîc quasi oculis tarditas illa primùm spondei, deinde molossi, & litterarū ἀνθυπωσία trahentium conatum, ipsiusque machinæ pondus & resistentiā ostendit. *Scandit fatalis* hîc videtur vix posse subduci: deinde quasi in decliue aliquod protracta paullulùm decurrit dactylo & spondeo, *Machina muros.* Rursum resistens, vt fieri solet, succumbentibus molli viribus hominum, subsistit etiam, *Fœta armis.* nec tantùm subsistit ratione pedum, sed etiam lassitudinem trahentium, & interceptionem spiritus collisione vocalium expressit. Item illud quod sequitur. (*bi.*

Illa subit mediæq; minās illabitur vr-

Hîc syllaba *Nans*, veluti pendētem, & tāquam suspensam anteriorem partem equi ostendit. Nam litteræ N natura sursum spiritum trahit, & linguā palato suspendit: tùm quies inter hanc & secundam dictionem, motum dirimit, vt paullulùm ex eo loco prospectasse vrbem totam vndique arbitreris. Iam post paruam quietem, statim illa machina prona ruit. *Illabitur vrbi,* Hîc ergo pedes exprimunt rei naturam. Quomodo verò litteræ exprimant naturas rerum, apud eundē mul-

tis locis notari poteſt. & primùm in illo.

Et iacit illa volans clypei trãſuerberat æra.

Nam tres ſunt in hoc verſu varietates à totidem rebus. Primò enim iactus eſt, qui per T repreſentatur, quia conatum oſtendit: deinde volatum exprimit, qui per L litteram ſæpius inculcatam notatur: poſtremò, eſt armorum tranſuerberatio, qui motus, quia eſt in re dura ferrea, idéo per litteram R exprimitur. Item lib. 2. Æneid. multam vocum aſperitatem, multumq; horrorẽ in ijs quæſiuit, quæ naturâ ſic erant.

In ſegetem veluti cùm flamma furentibus Auſtris
Incidit, aut rapidus montano flumine torrens.
Sternit agros, ſternit ſata læta: boumq; labores,
Præcipitesq; trahit ſyluas: ſtupet inſcius alto
Accipiens ſonitum, ſaxi de vertice paſtor.

Hîc plures ſunt renitentiæ aſperitates, quàm dictiones. *Flamma, furentibus Auſtris, Torrens rapidus*, omnia hæc aſpera ſunt & furorem imitantia: *Montano* vaſtum: in *Flumine* prima ſyllaba inſuauis eſt. *Sternit* aſperum eſt cùm naturâ caninę litteræ, tũ antitypia eiuſdem cum N. *Agros ſternit* aſperum. *Sternit ſata læta*, diſſyllabæ dictiones tres, duæ vaſtæ, vna aſpera. *Boumq;* mugitum refert & ſonitum, quem inter montes referunt cataclyſmi. *Præcipitesq;*. hîc eſt rictus caninæ litteræ, nulla verò conſonans ſuauis aut liquida mixta: quin etiam ipſæ vocales ſtridulæ minimumq; iucundæ ſũt. *Trahit ſyluas*. antitypia T & S, L & V. conſonantis, & pluſquam agreſtis expreſſa natura ſemiuocali S. quæ ſequuntur, non tam horrida videntur quàm affecta. *Stupet* enim breuitate ſyllabarum & tenuitate conſonantium, ac vocalium ingratitudine ſpiritum tanquam defeciſſe docet paſtoris illius, quẽ ſolitudo etiam deterrebat. *Inſcius alto*. ſuauius eſt & dignum miſericordiâ. Sic & mæſtum quod ſequitur ob vocalium triſtitiam. *Accipiens ſonitum ſaxi de verti-*

de vertice pastor. Aliud exemplũ ex eodem lib. 2. Aen.

Vix positum castris simulachrum arsere coruscæ.
Luminibus flammæ arrectis: salsusq; per artus
Sudor iit: terq; ipsa solo (mirabile dictu) (trementem.
Emicuit, parmamq; ferens hastamq;

Hæc non tam à Sinone dicta, quàm timore & horrore signata esse videntur. Sic Cicero in Miloniana exiguas voces accumulans, muliebrem certè moram expressit. *Paulisper dum se uxor, (vt fit) comparat, commoratus est.* Dionysij exemplum refert illud Virg. libr. 6. *Saxum ingens volunt alij.* Nam densitatem consonantium insuauium habet: canina siquidẽ littera in principio ponitur S, A verò amplitudinem habet, elisio verò hiatum & defatigationem designat: antitypiam verò S & V cõsonans.

Pag. 95. vers. 16. Ποιητῶν οὖν μὲν Πίνδαρος) Quæ in Pindari ode obseruauit Dionysius: eadem obseruari possunt in illa Horatij Ode 13. Carm. lib. 1.

Quem virum aut Heroa lyra vel acri
Tibia, sumis celebrare Clio?
Quem Deum? cuius recinat iocosa
Nomen imago.

Hîc sunt duo membra duobus verbis clausa. Primũ mẽbrũ habet nomina appellatiua quinq;, vnũ adiectiuum, præpositiones duas, infinitũ vnum. omnia appellatiua aspera. Nam *virum, Heroa, lyra acri,* propter frequens R, caninum quendam & asperum sonitum faciunt. *Tibia,* propter repetitum I, motum significat. Iam *sumis* ingratum propter sibilum, & V vocalem, & M quod os claudit. *Celebrare* verò, propter mutam & liquidam B R asperum. *Clio,* propter vocalium concursum ingens. Alterum membrũ duo nomina substantiua habet, vnum epitheton cum relatiuo, & vnum verbum: quæ etsi ita grandia non sunt, tamen ἀντιτυπίαν habent. Hæc de singulis verbis. Iam coniunctio verborum habet antitypiam. Nam *Quem virum,* propter M & V consonans, quæ in vnam syllabam coire non possunt, antity-

piam faciunt. Coniunctio *aut*, hiat propter elisionem : *Heroa* amplum propter vocalium διαίρεσιν & amplitudinem : *Lyra vel acri*, propter I & A repetitū, amplum est : & *sumis celebrare*, propter S & C, antitypiam habent, & silentium inferunt: *Clio* hiatum refert.

Quem Deum? cuius recinat iocosa
Nomen imago.

Habent ἀντιτυπίαν M D, deinde M & C, postea S R, pòst T & I consonans. *Nomen imago*, propter O repetitum & A penultimum, magnificam orationem habet.

Pag. 102. ver. 8. Θρασυβούλου δὲ λαμβανέσθω) Apud Sallustium, in principio belli Iugurthini, summum dicendi genus & collocatiōis neglectum obseruare licebit. Verba illius sūt. *Bellum scripturus sum, quod populus Romanus cum Iugurtha rege Numidarum gessit: primùm, quia magnum, & atrox variáq; victoria fuit: dein, quia tùm primùm superbiæ nobilitatis obuiatum est: quæ contentio diuina & humana cuncta permiscuit, eoq; vecordiæ processit, vt stu-*

dijs ciuilibus bellum atque vastitas Italiæ, finem facerent. In eo exemplo eadem, quæ in Thucydidis Dionysius annotauit, obseruari poterunt. Inprimis membrū hoc, *Bellum scripturus sum*, propter M S, manifestam διαζάσιν habet, & geminatum S sibilū facit. Alterum membrū, *Quod populus Romanus cum Iugurtha rege Numidarum gessit*, propter vocalium amplitudinem, & propter manifestam dictionum distantiam amplum est. Nam D & P coire in vnam syllabam nō possunt, & S cum R & cum C, & M cum I consonante pugnāt, asperumque sonitum faciunt, vt & M cum G ἀντιτυπίαν. prę terea R quater repetitum, mutę etiā P D C G orationis splēdorem obtundunt, & V vocalis, gratiam aufert. Tertium membrum. *Primùm, quia magnum & atrox, variáq; victoria fuit.* nullam gratiam habet. primò, quia ter repetit *ia*, nimis ingratè: deinde, quia ἀντιτυπίαν M & Q, X & V consonans habēt. Quartum membrum. *Dein, quia tùm primùm superbiæ nobilitatis ob-*

obuiatum est. Hæc oratio magnifica est ꝓpter res amplas: verba quoque *nobilitatis*, *obuiatum* magnifica, ἀντιτυπία autem litterarum N & Q, M & P, M & S. vltimum membrum. *Eoq́ vecordiæ processit, vt studijs ciuilibus bellũ, atq́ vastitas Italiæ, finẽ facerẽt.* verba habet satis ampla, & quę suis basibus innituntur, quanquam non adeò frequens ἀντιτυπία, nisi S & B, & M cum F, Iam membrorũ harmonia neglecta esse videtur: nam continuis spondęis primum membrum absoluit. Alterum membrum huic in quantitate minimè respondet: nam multis dictionibus protẽditur varios pedes habentibus, licet duobus spondęis claudatur. Tertiũ mẽbrum, quia dactylo clauditur, non studiosè effectum esse videtur. Quartum membrum dichoreo terminatum est, sed hiat propter elisionem. Quintũ membrum aliud quiddam & diuersum à tota periodo infert. Vnde in periodo hac nullus circulus, nulla certa basis, sed omnia diuisa, omnia dissipata.

Pag. 109. vers. 26. ἄρξομαι δ' ἀπὸ τῆς) Huic ode Sapphus etsi ex Horatio commodum exemplum comparari possit, tamẽ quoniam huius Póètriæ aliam oden Catullus vertit, eam ob rem illius exemplum examinabo. Incipit autem illius Ode.

Φαινέται μοὶ κεῖνος ἴσος θεοῖσιν.

Eam sic vertit Catullus.

Ille mi par esse Deo videtur,
Ille si fas est superare Diuos,
Qui sedens aduersùs identidem te
Spectat & audit
Dulce ridentem: misero quod omnes
Eripit sensus mihi: nam simul te
Lesbia aspexi, nihil est super mî
* * * *
Lingua sed torpet, tenuis sub artus
Flamma dimanat: sonitu suopte
Tintinant aures gemina teguntur
Lumina nocte.

In eo carmine, caussæ huius elegantiæ eædem annotari possent, quas in Poëtriæ suæ Dionysius obseruauit. Imprimis, dictiones ita secum coniungũtur, vt naturali complexione coniunctę esse videantur. Nam exceptis sex locis, in quibus diuersæ

nersæ dictiones ἀντιτυπίαν habent, alij omnes mollissimi & lenissimi sunt. Iam vocales frequentiùs subiunguntur mutis, consonantibus & semiuocalibus, quàm præponuntur. Pręterea semiuocales secum non pugnant: vocalium verò concursus & hiatus haut frequens est. Ad extremùm, membra mẽbris ita cohęrent, vt nullũ manifestum tempus inter ea appareat; sed vt verbum ex verbo, sic membrum ex membro fluere videtur. Quare, quod auctor ait, non vltra examinãda ode hæc, ne ταυτολογίας vitium incurramus. De natura enim vocalium & consonantium satis iam dixit. Porrò hanc oden Sapphus, ex Fuluij Vrsini correctione edidimus.

Pag.. 112. ver. 10. Ἑνὸς ἔτι παραθήσω) Apud Ciceronem verò, quem Isocrati opponimus, etsi studiosè omnia inflexa sũt: vir enim sũmus, ab humilitate vulgique sermone abhorruit: tamen, quoniam ipse orationem pro Cęcina in hoc genere esse scribit: idéo principium huius orationis, exemplo hoc Isocratis opponamus. Est autem hoc. *Si quantùm in agro, locisq́; desertis audacia potest: tantùm in foro, atque in iudicijs impudentia valeret: non minùs in caussa cederet A. Cæcina Sex. Æbutij impudentiæ, quàm tùm in vi facienda cessit audaciæ. Verùm & illud considerati hominis esse putauit, qua de re iure decertari oporteret, armis non contendere: & hoc constantis, quícum vi & armis certare noluisset, eum iure, iudicioq́; superare.* In hoc exemplo verba secum ita cohærent, vt ἀντιτυπία rara sit, membra autem ita exæquata & directa, vt quod in austero dicendi genere vitium esset, hîc cum summa elegantia & venustate positum sit. Quare & ea omnia, quę Dionysius inesse in exemplo Isocratis ostendit, hîc nullo negotio reperies.

Pag. 117. ver. 23. Φέρε δή τις οὐκ ἂν ὁμολογήσειε) Ab ista diligentia Cicero nunquam abhorruit, qui studiosè numeris orationem suam exornabat, & de numero multa conscripsit. Illius exempla aliquot adducenda sunt,

sunt, vt fidē oratio habeat. Ac primùm occurrit locus ex oratione pro Plancio, in qua cùm dixisset, *Victoriæ nostræ graues aduersarios paratos:* ad sensus perfectiōem subiunxit. *Interitus nullos vltores esse videbam.* Et in oratione post reditum ad Quiritēs ita habet. *Sed etiã rerum mearũ.* * *Auctores testes laudatoresq; fuere.* Præterea in principio Archianæ integro hexametro vtitur, cùm enim ait: *Aut si quæ exercitatio dicendi.* subiungit versum. *In qua me nō inficior mediocriter esse Versatum.* Et in reliquo Academicæ. *Quæ * Cùm sint dicta in conspectu, consedimus omnes.* Et Tuscul. 4. *Illud, inquit, animorũ corporumq; dissimile est, quòd animi valentes:* addit versum. *(sunt. Morbo tentari nō possunt corpora pos-* Et Tusculan. 5. vbi ita Cicero. *Hoc loco multa ab Epicureis disputãtur* * *Hæq; voluptates singillatim extenuantur.* Magis autem est artificiosum in orationibus versus admiscere, vbi ad impellēdos animos non parum iuuat numeri suauitas. vt Cicero in Orat. scribit: qui gloriatur sese orationem numerosam adhibuisse, in Accusationis secūdo; vbi de Siciliæ laude dixit, & in Senatu de Consulatu suo. Sic & in quarto Accusationis de Ennensi Cerere, de Segestana Dianna, de Syracusarum situ. Sed & in principio orationis pro Sex. Roscio Amerino, hoc obseruari potest: eius loca aliquot annotabo. Sunt verba Ciceronis. *Credo ego vos Iudices mirari, quid * Sit, quòd cũ tot summi Oratores hominesq;. Nobilissimi sedeãt.* En statim hexametrum integrum collocauit. Deinde prosequitur: *Ego potissimùm surrexerim, qui neque ætate, neque ingenio, neque auctoritate.* sequitur carmen hendecasyllabum, vna syllaba in medio abundante obscuratum. *Sum cum his qui sedeant, comparandus omnes. &c.* Paullò pòst: *Ac tantò officiosior quàm cæteri.* trimeter choreum habens in secundo pede, rursusque paullò pòst, duas trimetros ponit, nōnullis interiectis oratione soluta. *His de caussis ego huic caussæ patronus extiti.* Deinde interponit. *Non electus vnus, qui maximo ingenio, sed relictus.* Alter trimeter. *Ex omnibus qui minimo*

periculo. Possem dicere. &c. Multi etiam sunt dimetri: vt, *Tales viros impediat.* Sunt etiam alia carmina summo artificio occultata, quod facilè obseruari potest. In sexta etiã Verina multa carmina obseruari, possunt. Primùm quidem, primis remotis verbis incipit à dimetro hypercatalectico sic: *Venio nũc.* * *Adistius quemadmodum ipse, &c,* Deinde hemistichium hexametri proponit illis: *Nescio, rem vobis proponam, &c.* Tum Alcaicum dactylicum. cùm inquit. *Genus.* * *Ipsũ priùs cognoscite Iudices.* Sicut & illud Horatianum. *O matre pulchra, filia pulchrior.* Deinde senarium, & simul dimetrum hypercatalecticum. *Nego in Sicilia tota.* * *Tàm locuplete, tã vetere prouincia.* * *Tot oppidis, tot familijs.* Paullò pòst hendecasyllabum habet. Nam inquit: *Nego vllam picturã, neque in* * *Tabulis. neque textilem fuisse.* Paullò pòst sapphicũ, hypercatalecticum. *Non enim verbi neq; criminis caussa.* Pòst hexametrum integrũ, latentem tamen ob compositionem solam. Nam cũ dixisset. *Vnde igitur potiùs incipiam, quàm ab ea ciuitate, quæ tibi vna in amore atq. in* * *Delicijs fuit? aut ex quo potiùs numero, quàm ex Ipsis laudatoribus.* Iam verò in Milonianæ orationis peroratione similia obseruari possunt. Primum est hexametrum carmen integrum, cũ sic ait. *Esse hanc.* * *Vnam, quæ breuitatem vitæ posteritatis Memoriâ consolatur.* Et deinde subsequuntur versus hexametri spondaici, vt cùm dicit. *De me, inquit, semper populus Romanus semper, Omnes gentes loquentur.* Et pòst sic: *Quã.* * *Fines imperij populi Romani sunt, non Solùm famæ tam de illo, &c* Et paullò pòst. *Omnibus in terris. & iam versatur, & semper.* Sed in quinta vice dactyli creticum habet. Rursus hendecasyllabũ sequitur vno tantùm tempore longius. *Sed quò est illa magis diuina virtus.* Pòst paullò acephalum hexametrum. *Quodnam cõcepi tantũ scelus, aut quod In me tãtum facinus admisi.* Rursus duo fines hexametri: *Meósque redundant.* Et *Ex isto fonte dolores.* Nõ vitauit itaque Cicero carmina, imò studiosè accersiuit; vt ex multis alijs locis colligi posset.

Vt &

Vt & illud ad Varronem. *Latent ista omnia Varro. Magnis obscurata & circumfusa tenebris.* Et in Verrinis plenum versum vna syllaba inutilem fudit. *Cùm loquerer, tanti fletus gemitusq́; fiebant.* Nec finem vitauit elegi. *Oderat ille bonos.* Incurrit etiam in hendecasyllabum. *Successit tibi Lucius Metellus.* Et multis alijs locis probari posset Ciceronẽ versus nõ vitasse. Alij quoque authores Latini effugere non poterant. Sallustius ab hexametro incipit bellum Iugurthinum. *Bellum scripturus sum, quod populus Romanus.* Et Plinius Panægiricum incepit à fine hexametri, cui subiunxit integrũ hexametrum. *Benè ac sapienter, Patres Cõscripti, maiores instituerũt.* Et Liuius libr. 1. hexametrum habet. *Pugnatũ haud,* * *Porta Collina totius viribus vrbis.* Et ibid. *Ipse vbi illuxit, in radicibus montium extẽdere aciem cæpit.* * *Sedulò vt aduersùs montes consisteret hostis.* Sed de his satis est. Nam si quis vellet Hieronymi Peripatetici more (quod Cicero dicit) versus apud ipsum Ciceronem & alios scriptores obseruare fortasse nullum esset verbũ, quod non in aliqua metri lege collocatum esset. Illud verò multò artificiosius est, quod annotat Hermogen. de Formis Orat. lib. 2. cùm de Politica oratione agit, Homerum in suis carminibus omnia genera pòématum effinxisse. Cùm enim poësis omnium sit imitatio: optimus in omni genere Homerus est dicendus: viuam enim accõmodatamq́; subiectis personis imitationem, & in his quæ ad dictionem pertinent, & inductionem personarum & varias differentias metrorũ præstitit, ex quibus varia quoque carmina fieri contingit. Verba Hermogenis hæc sunt de Homero.

ἄριστος οὖν κατὰ πάντα λόγων εἴδει, καὶ ποιητῶν ἁπάντων, καὶ ῥητόρων καὶ λογογράφων Ὅμηρος. καὶ γὰρ μεγέθη, καὶ ἡδονὰς, καὶ ἐπιμέλειας καὶ δεινοτήτας, καὶ τὸ μέγιστον ποιήσεως μίμησιν ἐναργῆ, καὶ πρέπουσαν τοῖς ὑποκειμένοις, καὶ ἐν τοῖς κατὰ λέξιν, καὶ τοῖς εἰσαγωγαῖς τῶν προσώπων. καὶ μύθων ἀφηγήσεις, καὶ μερῶν διαφόρους τομὰς,

ἐξ ὧν καὶ διάφορά πως συμβαίνει γένεσθαι τὰ μέτρα καὶ ταῦτα ἐν δέοντι καὶ κατὰ λόγον μεταβαλλόμενα πρὸς τῷ, καὶ τὸ φύσει πάντων ἄριστον μέτρον προῃρῆσθαι, καὶ ὅλως τὸ ποικιλὸν, καὶ ἐξ ἁπάντων ἓν ὅτι κάλλιστον, ὁ μάλιστα ἐργασάμενος παρὰ πάντας ποιητὰς, οὗτος ἐστὶν. *Id est, Omnibus igitur dicendi figuris, præstantissimus omnium poëtarum & oratorum & scriptorum Homerus. Nã & orationis amplitudines, & suauitates, & scriptiones accuratas, & grauitates, & quod maximum est in poësi, apertam imitationem & conuenientem rebus personisq́; subiectis, tum verborum genere & ornamentis, tum personarum productione, descriptione, & fabularũ conformatione, tum versuum sectionibus varijs, quibus varia & differentia versuum genera fieri solent, & hæc ipsa conuenienter & ratione certa inter se variata, vt hoc illúdue, quod natura præstantissimum sit, carminis genus propositũ habeat: denique vt variũ & ex omnibus præstantissimum qui effecerit: præ cæteris Poëtis sit Homerus.*

Deinde multis interiectis ait. ἐξίσταται γὰρ καὶ τοῦ οἰκείου πολλάκις τὸ μέτρον ῥυθμοῦ κατὰ τὰς ποιὰς τῶν στίχων τομὰς, καὶ ἀναπαύσεις ἐννοιῶν κατὰ τὰ κῶλα. τὸ γοῦν, αὐτοὺς δ' ἐλώρια τεῦχε κύνεσσιν. ἀναπαίστικόν πως ἐστὶ, γενομένης ἀναπαύσεως ἐν τῷ, ἡρώων, *Id est, Sæpè enim versus declinat à suo numero propriè, & sectiones varias versuum habet: & clausulas sententiarum in ipsis membris. Nam illud* αὐτοὺς δ' ἐλώρια τεῦχε κύνεσσιν, *anapæsticus est numerus, cùm clausula facta fuerit in primo verbo* ἡρώων. Quod etiam nos in Larino Pòéta obseruare possumus. Is enim pro diuersitate materiarum diuersis carminibus vti videtur: ita, vt paucis mutatis, genus aliud carminis manifestum sit. Nam lyrica carmina inter hexametra inseruit, cùm lyricam materiam narrabat: similiter elegiaca, cùm elegi cantandi essent. Exemplis rem demonstrabo. lib. 5. Æneid. carmen sapphicum miro artificio in hexametrum immiscuit. Nam in his

Victorem magna præconis voce Cloantum
Declarat, viridíque aduelat tempora lauro.

Abijce vocem *Cloantum*, & in verbo *aduelat* propositionẽ omitte, erit sapphicum.

Voce

Voce declarat viridíque velat
Tempora lauro.

Ibidem est carmen.

Cuncti adsint, meritæq; expectent
præmia palmæ. Quod videtur sapphicũ præseferre, si pauca mutaueris. Sic in Ecloga. 6.

Nec tantùm Rhodope miratur & Ismarus Orphea. Fiet ex eo asclepiadeum.

Nec tantùm Rhodope & Ismarus Orphea. Tum illud.

Tum durare solum, & discludere Nerea Ponto
Cæperit. Refert asclepiadeum.

Tum durare solum, & cludere Nerea Ponto cæperit. Et Eclog. 9.

Nunc oblita mihi tot carmina, vox quoque Mœrin
Ipsa fugit. Fiet asclepiadeum.

Nũc oblita mihi carmina, vox quoque Mœrin ipsa fugit.

Et innumera eiusmodi alia quis inueniet apud Maronem, quæ non sine summa industria atque incredibili artificio elaborata sunt, Sed non licet præterire eclogam illam, quę Gallus inscribitur, quę quia lachrymabiles elegos continet, ipsa quoque carmina elegiaca esse videntur. En secundum carmẽ.

Pauca meo Gallo quæ legat ipsa
Lyco--ris Et
Naiades indigno cùm Gallus amore periret.

Abijce *cùm*, & vltimam syllabam, erit pentameter.

Naiades, indigno Gallus amore perit.

Hoc carmen si coniungeretur cum superiori hexametro, quã miram suauitatem faceret? sic & in illo versu.

Omnes, vnde amor iste, rogant, tibi venit Apollo.

Abijce primã litteram, & verba trãspone, erit pentameter.

Vnde amor iste, rogant, venit Apollo tibi. Sic ex eo versu.

Vestra meos olim si fistula dicat amores. Abijce *si*, & vltimã syllabam, erit pentameter.

Similiter ex eo.

Hîc gelidi fontes, hîc mollia prata Lycori.

Abijce *hîc* alterum, cum vltima syllaba, sensus quidem peruertitur, aut nullus erit: sed nos numerum nõ sensum quærimus, dum ex hexametro pẽtametrum elicere volumus.

Sunt ergo in hac vltima ecloga mul-

ga multa, quæ duobus dactylis cum cæsura finiũt, quæ potiùs imaginẽ retinent finis pentametri, quàm principium hexametri: vt

Me sine sola vides. Et
Omnia vincit amor.

Quapropter hæc mira dulcedine aures complent. Sed de his satis sit.

Pag. 121. ver. 6. αὐτίκα ὁ κατὰ Αριστοκράτους λόγος.) Exemplum Demosthenis examinat Dionysius: in quo obseruauit primum metrum esse anapęsticum, vno pede mutilum. Huic autem adhæret pentameter elegiacus exactissimus, si synalephen auferas: deinde paucis solutè interiectis, adest saphicum metrum epithalamium & aristophanium tetrametrum: posthæc duplex iambicum dimetrum: rursus anapęsticum pedum octo, ac demum iambicum. Quare verba Demosthenis ita digeri posunt.

Μηδεὶς ἡμῶν ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι νομίσῃ με
Μητ' ἰδίας ἐχθρας μηδεμίας ἐνεχ'
Ἥκειν Αριστοκράτους κατηγορήσοντα τουτόνι
Μήτε μικρὸν ὁρῶντά τι καὶ φαυλον ἀ-
μάρτημα ἑτοίμως οὕτως ἐπὶ τούτῳ
προάγειν ἐμαυτὸν εἰς ἀπέχθειαν.
Αλλ' εἴπερ ἄρ' ὀρθῶς λογίζομαι.
καὶ σκοπῶ
Περὶ τοῦ τὴν χειρρόνησον ἔχειν ἀ-
σφαλως ἡμᾶς καὶ μὴ παρακρου-
σθέντας. ἀποσθερηθῆναι πάλιν αὐ-
τῆς.

Pag. 133. ver. 1. ὧν δὴ προὐθέμην.) Quæ præcepta exemplis Homeri, Euripidis, & Simonidis illustrat, nos eadem apud Virgilium, Terentium, & Horatium ostendemus. In Virgilio itaque, cùm omnia pænè scripta sic examinari possunt, tùm etiã locus ille in lib. Æn. 1. *Æneas scopulum interea conscendit.* vnum membrum. alterum, *Et omnem Prospectum latè pelago petit.* Id membrum lõgius est, & hemistichia duo amplectitur. iam verò quod sequitur lõgius est.

- - - *Antea si qua*
Iactatum vento, videat Phrygiásque biremes,

Aut

Aut Capyn: aut celsis in puppibus amra Cayci.

Hęc prima periodus tria membra inæqualia habet: nullum verò vno carmine absoluit. Alterius periodi primũ membrũ.

Nauim in conspectu nullam, tres littore cernos

Prospicit errantes. Alterum membrum minus priori.

Hos tota armenta sequuntur A tergo.

Tertium adhuc minus.

Et longum per valles pascitur agmen,

Tertiæ periodi primum membrum exiguum. *Constitit hîc.* Alterũ huic prorsus inæquale.

Arcumq; manu, celeresq; sagittas Corripuit. Tertium autem κατὰ παρένθεσιν proferri potest.

Fidus quæ tela gerebat Achates.

Deinde quartum maius.

Ductoresq; ipsos primùm capita alta ferentes.

Cornibus arboreis sternit.

hemistichio clausit membrũ: & sequẽs carmini integro additum membrum facit.

Tum vulgus & omnem

Miscet agens telis nemora inter frondea turbam,

Hîc periodus. Obseruabis hîc non tantùm compositionem solutæ orationi similem, sed & carmina ita secum cohærere, vt epitheta sequentia trahant vocabula: verba diuersa carmina coniungãt, eaq; prorsus omnia, quæ dissipatam & fluxam, sed sibi cohærentem orationem faciant.

Pag. 134. ver. 8. ἐκ δλέσης ποιήσεως.) Hoc idem in Phormione Terentij demonstrari potest, vbi Dauus loquitur.

Amicus summus meus & popularis Geta.

Heri ad me venit.

Membrum primũ ex integro carmine & hemistichio conflatum. Aliud membrum maius hoc priori.

--- Erat ei de ratiuncula

Iampridem apud me reliquum pauxillulum

Nummorum.

Reliquum membrum minus prioribus.

Id vt conficerem. Deinde duo verba seorsim suas sententias habentia. *Confeci, adfero.*

Alterius periodi primum mẽbrum.

Nam herilem filium eius duxisse audio Vxorem. Alte

Alterum membrum minus est. *Ei credo munus hoc conraditur.* Periodus altera. Tertia periodus membrum paruum habet, nec carmen implet. *Quàm iniquè comparatum est.* Alterum prolixius, quod hemistichio & carmine integro constat. vt.

-- Si qui minus habent,
Vt semper aliquid addat diuitioribus.

Pag. 135. ver. 1. ἐν δὲ τῆς μελικῆς.) Sic & illa apud Horat. 3. Carm. Ode. 27. legi possunt, vt pauca vestigia carminũ appareant. Etsi enim sunt strophe, tamen collocatione mẽbrorum ita dissident, vt non tam repetitum carmen, quàm continua oratio esse videatur. Est autem Europa errorem suum incusans. *Quæ simul centum tetigit potentem oppidis Creten: Pater, ô relictum filiæ nomen, pietásque dixit, victa furore. Vnde? quo veni? leuis vna mors est virginum culpæ, vigilánsne ploro turpe commissum! an vitijs carentem ludit imago vana? quæ porta fugiens eburna, somnium ducit: melúsne fluctus ire per longos fuit? an recentes carpere flores? Si quis infamem mihi nunc iuuencum dedat iratæ: lacerare ferro & frãgere enitar modò multùm amati cornua tauri. Impudens liqui patrios penates, impudẽs orcum moror. ô Deorum, si quis hæc audis, vtinam inter errem nuda leones: antequam turpis macies decentes occupet malas, teneræq; succus defluat prædæ, speciosa quæro pascere tigres.* Hæc & multa alia apud hunc Pòëtam videntur esse similia solutæ orationi, id autem maximè ob eas causas, quas auctor memorauit.

Errata quædam sic corrigito.

In præfatione Pagina 2. versu. hanc rem; pro obseruatur. lege obuersatur.
Pag. 15. ver. 13. Et cum eis figuras. leg. Et cum eis figuræ,
Pag. 23. ver. 13. Ab Amphipolo quidem. supl. aberrauit.
Pag. 70. ver. 7. habitari. leg. habituri.
Pag. 71. ver. 7. vnumque. leg. vnumquodque.
Ead.. ver. 27. quamobrem. leg. quam ob rem.
Pag. 110. ver. 21. diffullimis. leg. difficillimis.
Pag. 115 ver. 14. quadam. leg. quædam.
leg. 132. ver. 27. portus. leg. porticus.
Pag. 136. ver. 17. ipsa præcepta sint. leg. ipsa præcepta, vt sint.

Cætera, si qua sunt, Lectoris industria facilè corrigentur.

INDEX AVCTORVM,

QVORVM DIONYSIVS Halicarnasseus in Lib. de Collocatione mentionem facit.

Prior numerus paginam, posterior lineam significat.

Æschylus. pagina 94. linea 27.
Æschynes. 32, 2.
Alcæus. 81, 15. 116, 13.
Anacreon. 109, 15.
Antilogus. 18, 25.
Antimachus. 94, 24. (29.
Antiphon Rhamnusius. 34, 23. 94,
Aristophanes. 97, 23. 135, 4.
Aristoteles. 4, 25. 115, 17. 116, 17. 120, 20. 121, 1.
Aristoxenus Musicus. 46, 22.
Bacchylides. 125, 16.
Calantianus. 18, 23.
Chrysippus Stoicus. 19, 4. 20, 3.
Colophonius. 94, 24.
Cresius Cnidius. 34. 26.
Demetrius. 18, 24
Democritus. 116. 17.
Demosthenes. 19, 15. 30, 18. 31, 11. 33, 4. 45, 8. 73, 8. 73, 25. 83, 4. 116, 16. 116, 28. 117, 24. 120, 17. 125, 28. 127, 17.
Duris. 18, 22.
Empedocles Physicus. 94, 25.
Ephorus. 109, 19.
Epicurei. 117, 3.
Epicurus. 117, 7.
Euripides. 15, 19. 39, 22. 109, 16. 123, 24. 134, 10.
Gorgias Leontinus. 43, 27.
Hegesias, 17, 4. 18, 25. 75, 10. 79, 17.
Heraclides. 18, 25.
Herodotus. 8, 7. 10, 25. 16, 3. 36, 2. 45, 9. 83, 3. 116, 15.
Hesiodus. 109, 14.
Hieronymus. 18, 24.
Isocrates. 83, 12. & 13. 109, 20. & 23. 112, 11. 126, 28.
Homerus. 1, 3. 8, 6. & 9. 13, 21. 14, 15. 17, 20. 21, 12. 45, 6. 56, 16. 59, 29, 63, 8. 78, 6. 85, 22. 89, 30. 116, 4. & 10.
Magnes. 18, 26. vide Hegesias.
Magnesius Sophista, idem.
Phylarchus. 18, 22.
Philoxenus. 82, 2.
Pindarus. 51, 20. 81, 20. 94, 26. 95, 15. & 19. 102, 6.

Plato. 31, 20. 58, 30. 71, 25. 73, 1. 83, 3. 116, 17. 119, 5. 126, 28. 167, 4.
Polybius. 18, 23.
Saon. 18, 23.
Sappho. 81, 15. 109, 15. & 22.
Simonides. 109, 15. 135, 1.
Sophocles. 32, 22. 116, 14.
Stesichorus. 81, 20. 116, 12.
Stoici. 5, 1. 19, 24.
Thelestes. 82, 3.
Theodectes. 4, 25.
Theopompus. 109, 19.
Theophrastus. 62, 19.
Thucydides. 16, 21. 29, 3. 34, 22. 70, 18. 71, 18. 94, 27. 95, 17. 102, 8.
Timotheus. 82, 2.
Xenophon Socraticus. 34, 27.

INDEX RERVM ET VERBORVM,

Quæ in Dionysii Halicarnassei Libro de Collocatione reperiuntur.

A.

A vocalis optimè sonat. 48, 28.
Accidente prior est substantia. 21, 10.
Accurata meliora sunt extemporaneis. 75, 25.
Adiectiua interdum præponuntur substantiuis, interdum eadem sequuntur. 23, 28.
Adolescentes ad cognitionem rerum non idonei. 2, 13.
Adolescentes non temerè loquantur nec ex tempore. 3, 3.
Adolescentes exercitium in Collocationis doctrina subire debẽt 128, 3.
Adolescentibus Elocutionis studium proprium est. 2, 26.
Aduerbijs verba, & verbis aduerbia vicissim præponuntur. 22, 4.
Allusio ad petras & eiulatus quomodo ab Homero describitur. 61, 28.
Amphibrachys pes. 66, 23.
Anapæstus pes. 67, 5.
Ἀναπόδεικτα Indemonstrabilia. 7, 29. *quæ demonstrari nõ debent & manifesta Stoici vocabant.*
Antiqui Collocationis studiosi. 18, 9. 24, 24.
Appellatiua interdum præponuntur prono-

pronominibus. 23, 31.
Appellatiua, non semper post substãtiua ponuntur. 23, 30.
Aristote es, quid de numerosa oratione scripserit. 120, 18.
Ars est occultanda. 82, 24.
Articulos à coniunctionibus Stoici separauerunt. 5, 2.
Auditus Concentu, Numero, Mutationibus, & Decoro delectatur. 36, 14.
Auditus variè vocib. afficitur. 41. 21.
Austeræ harmoniæ, seu figuræ dicendi, qualis character. 92, 29.
in Austera dicendi figura, qualia sunt verba, membra, periodi. 92, 30.
Auctoritas alicuius fallere non debet. 24, 21.

B.

Bacchius pes. 68, 18.

C.

Cantus extra διαπέντε euagantur. 29, 12.
Casus recti obliquos præcedunt. 24, 1.
Circulus pes. 67, 25.
Ciuilis oratio, est quasi musica. 38, 11.
Collocatio verborum, ad orationes ciuiles vtilis. 1, 16.
Collocatio quid sit. 4, 21.
Collocatio verborum posterior est delectu in Elocutione. 5, 29.
Collocatio verborum, est delectu præstantior. 6, 3.
Collocatio, est caussa pulchritudinis rerum vilium. 10, 11.
Collocatio, est similis Minervæ Homericæ. 17. 20.
Collocatio orationem variam efficit. 18, 1.
Collocatio verborum naturalis, qualis sit. 21, 5.
Collocatio architecturæ similis. 23, 23.
Collocatio iucũda & pulchra, in quatuor rebus spectatur. 35, 5. 36, 9. 38, 19.
Collocatio iucunda, quibus rebus comparatur. 44, 5
Collocatio pulchra, in quibus cõsistit. 45, 16.
Collocatio varia in variis affectibus. 84, 23.
Collocatio res ipsas imitari debet. 85, 7.
Collocationis studium iunioribus necessarium. 1, 23.
Collocationis rationem, nullus veterũ rectè tradidit. 3, 18.
Collocationis triplex est officiũ. 5, 24.
Collocationis negligentes, qui fuerint ex Philosophis. 18, 22.
Collocationis præcepta, primus Dionysius tradidit. 25, 3.
Collocationis doctrina in tribus consistit. 25, 9.
Collocationis duæ generales differentiæ, Pulchrũ & Iucundũ. 34. 1. 91, 24.
Collocationis præcepta, Demosthenes studio digna esse censuit. 116, 25.
Collocationis præcepta mysteriis similia. 118, 16.

ad Collocationem, periodorum doctrina pertinet. 33, 23.
Collocationem negligebant multi philosophi, rhetores, & poetæ. 7, 7.
Collocatione scriptores à se differunt. 18, 5.
de Collocatione quid Stoici scripserint. 19, 24.
in Collocatione quæ spectanda. 26, 15.
in Collocatione audacter procedendum. 45, 4.
in Collocatione decorum obseruãdum est. 84, 13.
de Collocatione præcepta meditatione egent. 136, 13.
ex Collocatione quanta gloria sequatur. 116, 29.
Coniũctiones ab articulis Stoici separant. 5, 2.
Creticus pes 68, 13.
Corrigi nunquam, dementiæ est. 75 21.
Chrysippus Stoicus, neglexit Collocationem verborum. 19, 4.
Chrysippus quid de Collocatione scripserit. 20, 3.

D.

Dactylus pes. 67, 12.
Decorum in oratione adhibitum delectat, 37, 25.
Decorũ in oratione necessarium. 84.1.
Decorum quid sit. 84, 13.
Decorum in Collocatione obseruandum. 84, 13.
Delectus verborum, naturâ prior est Collocatione. 6, 1.
Delectu verborum Collocatio præstat. 6, 3.
de Delectu verborum multi Philosophi & rhetores scripserunt. 6, 9.
Demosthenes exemplar proponi debet, tam in delectu quàm in collocatione verborum. 73, 21.
Demosthenes Collocationis præcepta studio digna esse censuit. 116, 25.
Demosthenes numeri maximam curam habuit. 126, 12.
Demosthenes qualis fuerit in orationibus forensibus. 83 4.
Demosthenis oratio similis pòémati. 117, 23. 120, 17.
Dictio omnis non monosyllaba pedem aliquem refert. 64, 25.
Dithyrãbici tonos immutabãt. 81 25.
Dithyrambici poetæ liberrimi. 81, 31.

E.

Elemẽta orationis sunt litteræ. 46, 16.
Elementa orationis sunt verba. 4, 24.
Elocutionis suauitas in Collocatione non in pulchritudine verborum spectatur, 13, 9.
Eloquentiæ sacra. 118, 16.
Epicurei neglexerunt Collocationem verborum. 117, 3.
Exercitatio in conscribendis orationibus duplex est. 2. 4.
Exercitatio in Collocatione est adhibenda. 90, 13.
Extemporaneis meliora sunt accurata. 75, 25.

F.

Figuræ in ſummo genere dicendi quales. 94, 11.

Figuræ quales in humili dicendi genere. 108, 30.

Fluuiorũ concurſus, quomodo ab Homero exprimatur. 61, 17.

G.

Genus dicendi ſummum ſeu auſterũ. 92, 29.

Genus dicendi humile, politum, floridum. 107, 7.

Genus dicendi medium. 115. 4.

in Genere dicendi ſummo qui excelluerunt. 94, 20.

in Genere dicendi humili qui excelluerunt. 109, 10.

in Genere dicendi medio qui excelluerunt. 116. 12.

Genera dicendi omnia Homerus expreſſit. 116, 4.

Gloria quæ ſequatur rectè collocantes. 116, 29.

H.

Hegeſiaca figura Collocationis. 17, 4.

Hegeſiæ & Homeri cõparatio. 78, 5.

Herodotus res turpes elegãter profert. 11, 3. *Herodotus qualis fuerit in hiſtoriæ compoſitione.* 83, 4.

Heroicum carmen non licet immutare. 80, 18.

Homerus res oratione imitatus eſt. 85, 21.

I.

Iambus pes. 65. 21.

Ignaui laborioſis obtrectant. 125, 21.

Ignorãtes, ſerias res irrident. 118, 18.

Ignorantiæ eſt corrigi frequenter, dementiæ nunquam. 75, 20.

Imperatorum ars in inſtruendo exercitu. 44. 14.

Inde mõſtrabilia ἀναποδείκτα. 7, 29. *quæ probari non debent, Stoici vocabant.*

Inſcriptionibus librorum nullus decipi debet. 24, 19.

Iſocrates nullis μεταβόλαις vtitur. 83, 12.

Iſocrates in Genere dicẽdi polito excelluit. 112, 12.

Iſocratis ſectatores vituperãdi. 83, 13.

Iſocratis qualia ſcripta, 126, 28.

Ithiphalica carmina. 14. 9.

Iucunditas & pulchritudo, duo fines Collocationis 34, 5.

Iucunditas Collocationis à pulchritudine differt. 34, 13.

Iucunditas orationis in quo conſiſtat. 35, 11.

Iudicare de artificibus, eſt proprium naturalis affectus. 37, 13.

L.

Laborioſis ignaui obtrectant. 125, 21.

Libelli Chryſippi de Collocatione. 20, 3.

Ligata oratio ſimilis ſolutæ. 130, 3.

Litteræ quid ſint. 46, 11. *Vnde dicãtur.* 46, 14. *Cur elementa appellentur.* 46, 16. *Aliæ vocales, aliæ*

conſonan-

consonantes. 48. 19
Litterarum quis sit numerus. 47, 17.
Litterarum varia connexio, varios affectus exprimit. 56, 1,
ex Litterarũ compositione omnis elegantia orationis profluit. 59, 3.

M.

Mediocritas est virtus. 115, 12.
Meditatio assidua in qualibet re, quãtùm prosit. 128, 17.
Melopœi veteres quomodo strophas scripserint. 81, 24. 131, 4.
Melos sermonis intra diapente finitur. 38. 23.
Membra ex dictionibus constituuntur. 5, 16. Periodos efficiunt. 5, 21. Quomodo sint conformãda. 28, 17. Alia alijs elegantiora, 28, 26 Adiectionibus & diminutionibus variè conformata, nunc elegantiora, nũnc diteriora reddũntur. 30, 14.
Membra qualia adhibenda sunt in summo dicendi genere, 93 19. In humili. 180, 9, (82, 30.
Μεταβολὴ in oratione, iucundissima.
Miserabilis res quomodo ab Homero exprimitur. 60, 23.
Molossus pes. 96. 37.
Mutæ & Semiuocales quare dicantur. 46, 26. Mutæ cur sic appellentur. 47, 13.
Mutarum quæ sit potestas & natura. 52, 1. Mutatio est iucũda. 37, 25.
Mutatio ad delectãdum auditum, est necessaria. 42, 3.
Mutatio in oratione pulchra. 80, 1.

N.

Natura nos ad sui imitationem excitat. 58, 4.
Naturæ ductus in Collocatione verborum, est inutilis- 24, 4.
Naturã ducem sequi debemus. 20, 21.
Naturam rerum, verba exprimunt, 57, 25. 62, 15. Naturalis verborum Collocatio qualis sit. 21, 5.
Nomina aliquando præponũtur verbis. 21, 8. Aliquando postponuntur. 21, 18.
Numero auditus oblectatur. 36, 14.
Numerosa oratio est iucunda. 37, 16.
de Numerosa oratione, quid Aristoteles in rhetoricis scripserit. 120, 18.

O.

Obliqui casus postponũtur rectis. 24, 1.
Opportunitas vbiq; spectanda. 43, 12.
Opportunitatis præcepta tradi non possunt. 43, 21.
Oratio duplex est, ligata & soluta. 6, 31.
Oratio aliter atque aliter collocata, diuersa apparebit. 13, 13.
Oratio & soluta, & ligata, quóad Collocationẽ, idẽ patiuntur. 15, 25.
Oratio numerosa est iucunda. 37, 16.
Oratio canora esse debet, non cantus, numerosa, nõ numero vincta 41, 4,
Oratio soluta, dictionum tempora nõ violat. 40, 18.
Oratio generosa, pedibus generosis efficitur,

ficitur. 69, 20.
Oratio soluta, varijs μεταβόλαις vtitur. 82, 5.
Oratio variè immutata, est pulchra. 82, 9
Oratio soluta, quomodo sit similis carmini. 117, 17.
Oratio sine pedibus, non est similis carmini. 118, 23.
Orationis partes tres. 4, 28. quatuor. ibid. quas Stoici statuerint. 5, 1. quinque. 5, 4. sex. 5, 7.
de Orationis partibus varia sententia. 5, 9.
inter Orationem solutam, numerosam, & ligatam, quod sit discrimen. 119, 26.
Orator quónis artifice diligentior esse debet. 127, 21.

P.

Partes orationis. 4, 28.
Pedes bissyllabi qui sint. 65, 1. Pyrrhichius. 95, 9. Spõdeus 65, 14 Iambus. 65, 21. Trochæus 65, 24.
Pedes trissyllabi. 66, 7. Tribrachys. 66, 10. molossus. 66, 17. Amphibrachys 66, 23 Anapæstus. 67, 5. Dactylus. 67, 12. Irrationalis. 67, 21. Circulus. 67, 25. Creticus. 68, 13. Bacchius. 68, 18. Hypobacchius. 68, 24.
Pedes generosi, generosam orationem efficiunt. 69, 20.
Pedes in oratione adhibiti, quantam vim habeant. 79, 21.
Pedes quales adhibendi, in humili dicendi genere. 108, 22.
ex Pedibus duodecim primis, omnes alij pedes & rythmi componuntur. 69, 4.
Periodi ex membris constant, 5 21.
Periodi non semper in oratione adhibentur. 33, 22
Periodi quales in summo dicendi genere. 93, 29.
Periodi quales in humili dicendi genere. 108, 18.
Periodorum doctrina ad Collocationem pertinet. 33, 23.
Pes & rythmus idem sunt. 64, 29.
Plato in delectu verborũ errat. 73, 10.
Plato qualis fuit in dialogis concinnandis. 83, 4.
Plato quàm diligens & accuratus in scribendo. 127, 11. (4.
Platonis scripta numeris vincta. 119.
Platonis qualia scripta. 126: 28,
Posteriora tempore, interdum prioribus præponuntur. 23, 15.
Priora tempore, posterioribus anteponuntur. 21, 1.
Pronomina præponuntur appellatiuis. 23. 31.
Prosodica ex Heroicis. 14, 2,
Pulchra Collocatio in quibus consistit. 45. 16.
Pulchritudo & iucunditas, duo fines Collocationis. 34., 5,
Pulchritudo Collocationis, à iucunditate differt. 34, 13.

Pulchritudo orationis quid in se cōtineat. 35, 14.

R.

Recentiores Collocationem n eglexerunt. 18: 13.
Recti casus obliquos præcedūt. 24, 1.
Renitentia, quomodo ab Homero describatur. 61, 17.
Res bonas, mala Collocatio corrumpit. 7, 5.
Res viles ab Homero eleganter proferuntur. 8, 15.
Rythmus & pes idem sunt. 64, 29.

S.

Semiuocales vnde sunt dictæ. 47. 10.
Semiuocalium quæ sit potestas & natura. 49, 26.
Sententiæ varijs modis proferuntur. 30, 1.
Sermonis μέλος *finitur intra* Διαπέντε. 38, 23.
Sisyphi apud inferos labores, quomodo ab Homero exprimantur. 86, 1.
Soluta oratio, dictionum tempora non violat. 40, 18.
Soluta oratio, quomodo sit similis carmini.. 117, 17. 119. 12.
Sotadia carmina. 14, 27.
Spondeus pes 85, 14.
Stoici, quas partes orationis statuebant. 5, 1.
Stoici, de Collocatione verborum quid scripserint. 19, 24.
Strophe & antistrophe, vbi locum habeant. 80, 24.
in Studijs non desperandum. 128. 14.
Substantia prior est accidente. 21, 10.
Substantiua priùs locantur in oratione, quàm adiectiua. 23, 28.
Substantiua post appellatiua locanda sunt. 23, 30.
Syllabæ ex litteris fiunt. 53, 13.
Syllabæ aliæ sunt longæ, aliæ breues, aliæ communes. 53, 15.
Syllabarum potestas varia. 55, 19.
Syllabis longis longiores, & breuibus breuiores sunt. 53, 24.

T.

Tempore priora præponuntur, tempore posterioribus. 23, 1.
interdum contra. 23, 15.
Tetrametrū Ionicum carmen. 14, 19,
Theophrastus à Dionysio reprehenditur. 62, 29.
Thucydidis mens in scribēda historia. 103, 25
Tribrachys. pes. 66 10.
Trocheus pes. 65, 24.
Turpitudo in verbis fugienda. 44, 25.

V.

Varietas dulcis. 44, 20.
Varietas satietatem pellit. 82, 23.
Verba sunt elementa orationis. 4, 24.
Verba propria, ad expositionem rerū sunt adhibenda. 12, 32.
Verba aduerbijs, & aduerbia verbis, vicissim præponuntur. 22. 4.

Verba

Verba rei naturam exprimunt. 57, 25. 62, 15.
Verba qualia adhibenda sunt in austero dicendi genere. 92, 30.
qualia in polito & florido 107, 10.
Verborum delectus, nihil sine eorum Collocatione iuuat. 7, 7.
Verborum delectus & conformatio, in poëtica magis, quàm in soluta oratione locũ habet. 27, 16.
Verbis præponuntur nomina. 21, 8.
Venustas rei, quomodo ab Homero exprimitur. 60, 1.
Vocales vnde dictæ sint. 47, 7.
Vocales sunt numero septem. 48, 4. quæ longæ, quæ breues, quæ communes. Ibid. quomodo proferantur. 48, 9.
Vocalium quæ sint potestates. 48, 19.

FINIS.

NOMINA AVCTORVM, Ex quibus Latina exempla sunt sumpta.

Ælius Spartianus.
A. Gellius.
Auctor ad Herennium.
Q. Catullus.
M T. Cicero.
Ennius.
Glossarium vetus.
Hegesippus.
Hermogenes.
Horatius.
T. Liuius.
Lucretius.
Marius Victorinus.
Plinius.
Rufinus.
Sallustius.
Terentius.
Varro.
P. Virgilius.

BIBL. Z.N.I.M.
OSSOLINSKICH